

PRODROMUS
FLORÆ NEPALENSIS,

SIVE

ENUMERATIO VEGETABILIIUM,

QUÆ

IN ITINERE PER NEPALIAM PROPRIE DICTAM ET
REGIONES CONTERMINAS, ANN. 1802—1803.

DETEXIT ATQUE LEGIT

D. D. FRANCISCUS HAMILTON,

(OLIM BUCHANAN) M. D.

SOCIET. REG. ET LINNÆAN. LONDIN. SOC.

ACCEDUNT PLANTÆ À D. WALLICH NUPERIUS MISSÆ.

SECUNDUM METHODI NATURALIS NORMAM DISPOSUIT ATQUE
DESCRIPSIT

DAVID DON,

SOCIET. LINNÆAN. LOND. SOC. À SECRETIS ADJUNCTUS, ACADEMIÆ CÆS.
NATUR-CURIOS. SOC. ET SOC. WERN. EDIN. SOC. ETC. ETC.

LONDINI:

VENIUNT APUD J. GALE, BRUTON-STREET.

MDCCCXXV.

LONDINI:

TYPIS R. WILKS, CHANCERY-LANE.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

PRÆSIDI,

VICE-PRÆSIDI,

ET

DIRECTORIBUS OMNIBUS CURIÆ AMPLISSIMÆ

PERILLUSTRIS SOCIETATIS MERCATORUM

INDIÆ ORIENTALIS,

HOC QUÆCUNQUE OPUSCULUM,

IN SUMMÆ REVERENTIÆ TESTIMONIUM ,

D. D. D.

AUCTOR.

PRÆFATIO.

QUID quantumve ad scientiarum limites augendos contulerint sapientum itinera per orbis minus cognitæ regiones peracta, ex earundem scientiarum historia literaria sat abunde omnibus patescit; et præterea inventorum atque entium naturalium, priscis plane ignotorum, notitiæ quæ in lucem publicam quotidie veniunt, rem extra dubitationis aleam ponunt. Hinc factum est, ut omnes Europæ cultioris populi, quos inter eminet Britanniarum imperium, à medietate præsertim seculi proxime elapsi ad hunc usque diem, quasi inter se certantes, talia itinera promoveri atque ad fastigium perducere conati sint. Opusculum hocce, quanquam parvum, testimonium etsi leviusculum perhibere fortassis videbitur itinerum commoda atque beneficia suadens; nam si quid frugis et publicæ utilitati inserviens continet, id certe celeberrimum duorum peregrinatorum laboribus atque in variis itineribus per Nepaliam proprie dictam et regiones conterminas susceptis lucubrationibus præcipue tribuendum.

Nepalia proprie dicta, regio botanicis vix cognita, convallis est populosa, admodum fertilis, ad radices jugi Alpium Emodi sita; at sensu latiore *Nepaliæ* nomine etiam venit territorium inter Bengalæ planitiem australem et Sinensis imperii plagam septentrionalem positum. Regio hæc vasta ac maxime montosa est, pluribus exiguis civitatibus olim consita, quæ à ducibus tribus montanæ et maxime bellicosæ *Gorkhalensium* dictæ, subjugatæ fuere. Ex convallium angustia, earundemque profunditate, ac per consequens ex altitudine Alpium valles formantium, (quarum centrale jugum, *Himalayæ* seu *Emodi* dictum, inter orbis terraquei juga majora certe altissimum, siquidem cacumina ejusdem nonnulla 24-27000 pedum altitudinem attingunt,) accidit ut Nepalia, licet inter tropicos posita, temperie admodum varia et climate diversissimo potiatur. His de causis vegetationis formæ atque decursus admodum varia sunt; adeo ut vegetabilia omnibus zonis propria à peregrinatoribus oculatis in sola Nepalia facile perspicui possint.

Hanc orbis regionem certe mirabilem, ac vegetabilium prorsus ignotorum copia abundantem, attenté peragravit ann. 1802 et 1803 illustris peregrinator D. D. Franciscus Hamilton (olim Buchanan), qui plures plantas ibidem detexit novas, et in herbarium siccatas collegit. Harum maxima pars extat nunc in Museo cl. Aylmeri

Bourke-Lambert, una cum notis sagacissimis et nominibus apud incolas vernaculis, propria manu cl. D. Hamilton scriptis. Omnes attentè observavi in Museo Lamber-tiano; earumque descriptiones et methodica dispositio præcipuam hujus opusculi partem constituunt.

Ejusdem Nepalensis regionis vegetabilia postea perquisivit, et perquirere insequitur, claris. atque indefessus D. Doctor Wallich, eximii horti botanici Calcutensis præfectus, et botanices peritissimus. Illustrissima Mercatorum Societas Britanno-Indica, cujus præceptis obsequitur cel. Wallich, totis quibus sibi compos est viribus botanices scientiam ibidem promovere satagit: siquidem, nedum hortum supradictum ad Bengalorum Calcutam fundavit, sumptibusque propriis eum ejusdemque curatorem sustinet; verum etiam plantarum seminumque collectores quamplures, qui D. Wallich admonitionibus imbuti, ejusdemque mandatis obtemperantes, gaza vegetabilia undequaque perquirunt et colligunt; quæ in hortum Calcutensem, quin et in ipsam Angliam viva vehuntur, vel in *herbariis* et gazophylaciis ordinatim coacervata servantur, quorum specimina sicca, una cum fructibus et seminibus, in Londinum quotannis fere transmittuntur, præfatæ illustr. Mercatorum Societati destinata. Perill. hæc Societas harum plantarum speciminina non pauca cl. Aylmero Bourke Lambert donavit, earumque recensio

atque descriptio alteram præsentis opusculi partem efformat.

His omnibus adjungere placuit plantas nonnullas in Principatu *Sirinagur*, seu *Gara* aut *Gurawhal* nuncupato, lectas ab altero ex collectoribus Wallichio obtemperantibus, cui nomen *Kamroop*, ex Brahmanorum ordine; nam *Sirinagurensis* principatus nuperrimis abhinc annis Nepaliæ imperii partem constituit.

Licet *Sirinagur* nomen plerumque ab incolis usurpetur ad oppidum tantum designandum, nos autem in præsentis opusculo eodem nomine totum *Sirinagur* principatum intellectum volumus.

Narainhetty, aut rectius *Narayan Hetti*, locus in præsentis opusculo persæpe commemoratus, est prope *Kathmandu*, Nepaliæ metropolim, ubi commoratur legatio, cui adjunctus erat celeberrimus Hamiltonius, dum inter Nepalenses degebat. *Narayani* nomen proprium est apud Nepalenses celebritate gaudens.

Suembu vel *Sambhunath*, mons elegans, sylvosus, in Nepaliæ proprie dictæ convalli situs, templisque ornatus. Mons hic apud incolas maxima est in veneratione; nam eum tanquam habitationem à summo numine dilectissimam credunt. Locum istum invisuri eunt frequentissimè peregrini Religionis causa.

Quotiescunque de plantarum patria sermonem facientes

prædictis locorum nominibus utimur; intelligat Lector, nedum supra memorata, sed et regionum conterminarum loca significari.

Cum opusculo huic operam dedimus, perpauca Nepaliæ gramina nobis visa erant, proindeque nullam eorum mentionem fecimus: at opere jam absoluto, et præli excussioni omnino parato, graminibus aliis Nepalensibus ditatum est Museum Lambertianum, quorum notitiam atque descriptionem in tempus posterum evulgabimus.

In plantarum dispositione methodum ordinum naturalium cl. Jussæui artificiali Linnæi systemati sexuali prætulimus, siquidem Jussæuana methodus genera confinia sub eodem ordine naturali devincta arctius tenet quam ulla alia artificialis; unde fit quod generum limites naturales rectius perspici queant. Attamen, omnium desideria adimplere cupiens, ad operis calcem generum indicem systematicum, secundum Linnæi systema sexuale exaratum, adjungimus.

In opere nostro conficiendo maxime usi sumus præstantissimo Floræ Novæ Hollandiæ Prodromo à celeberrimo ejusdem regionis perlustratore D. D. Rob. Brown, botanicorum nostri ævi facilè principe, nostrique amico benignissimo, conscripto. Ex hoc opere, vere aureo, generum characteres integros in librum nostrum transcripsimus, mutato tantum *involutri* verbo in illud *in-*

dusii, ad filicum characteres exprimendos à b. Willdenowio, Swartzio, aliisque neotericis acceptum.

Quæ quantaque sint beneficia atque consilia ad opus hocce concinnandum à nobilissimo viro Aylmero Bourke Lambert mihi collata, verbis vix exprimere possum. Usus sum plantis, libris, consiliis Lambertianis: apud claris. Lambertium opus incepti, exaravi, perfeci.

Talibus auxiliis munitus Prodrômus Floræ Nepalensis in lucem publicam venire audet; utinam iis in amabilis scientiæ augmentum, et generis humani bona uti scierimus. Vale, L. B.; et studia atque elucubrationes nostras benigne et indulgenter ut accipias quæsumus.

Dabam Londini, Kalendis Octobris, Ann. 1824.

I. MONOCOTYLEDONES.

FILICES. *Linn. Juss.*

GYRATÆ.—POLYPODIACEÆ.

Divisio 1. *Capsulæ uniloculares, annulo articulado elastico longitudinali (plerumquæ incompleto) instructæ; transversim irregularitèr rumpentes.* *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 145.*

POLYPODIUM. *Swartz. Brown.*

Sori subrotundi (seriati, sparsi v. conferti). *Indusium* nullum. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 146.*

* *fronde simplici.*

1. *P. lineare*, frondibus lineari-lanceolatis acuminatis rariùs bifidis digitatisve coriaceis glabris basi attenuatis: margine integerrimo revoluto, soris validis suboppositè distantibus parallelis.

Polypodium lineare. *Thunb. Japon. 335. Icon. t. 18.*

Hab. circa Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris, et ad Narainhetty Nepalesium. *Hamilton.* Fructificat à Januario ad Aprilem.

Radix repens. *Stipites* brevissimi, semiteretes, glabri, suprâ canaliculati. *Fronde* palmares pedalesve, semipollicem latæ, simplices, integerrimæ, nunc tamen bifurcæ v. rariùs digitatim sectæ in eadem v. diversâ plantâ reperiuntur ut species diversas credidisses, ideòque sub variis nominibus scilicet *P. submarginale*, *bifurcum* et *biforme* in Herbario clariss. *Hamiltonii* collectæ sunt.

2. *P. Scolopendrium*, fronde simplici lanceolatâ acuminatâ integerrimâ membranaceâ basi attenuatâ, soris depressis in apice frondis duplici serie parallelis.

Polypodium Scolopendrium. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Radix repens. *Frons* pedalis.

3. *P. normale*, fronde lanceolatâ acuminatâ integerrimâ membranaceâ glabrâ basi attenuatâ, soris hemisphæricis per totam frondis inordinatè dispositis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Frons pedalis.

4. *P. flocculosum*, frondibus lanceolatis acuminatis integerrimis valdè coriaceis suprâ nudis impressèque punctatis subtùs lanâ stellatâ omninò tectis | basi rotundatis, stipite elongato, soris totam ferè frondis occupantibus.

Polypodium acrostichoides. *Hamilton MSS. nec Forster.*

dusii, ad filicum characteres exprimendos à b. Willdenowio, Swartzio, aliisque neotericis acceptum.

Quæ quantaque sint beneficia atque consilia ad opus hocce concinnandum à nobilissimo viro Aylmero Bourke Lambert mihi collata, verbis vix exprimere possum. Usus sum plantis, libris, consiliis Lambertianis: apud claris. Lambertium opus incepi, exaravi, perfeci.

Talibus auxiliis munitus Prodrumus Floræ Nepalensis in lucem publicam venire audet; utinam iis in amabilis scientiæ augmentum, et generis humani bona uti scierimus. Vale, L. B.; et studia atque elucubrationes nostras benigne et indulgenter ut accipias quæsumus.

Dabam Londini, Kalendis Octobris, Ann. 1824.

I. MONOCOTYLEDONES.

FILICES. *Linn. Juss.*

GYRATÆ.—POLYPODIACEÆ.

Divisio 1. *Capsulæ uniloculares, annulo articulato elastico longitudinali (plerumquæ incompleto) instructæ; transversim irregularitèr rumpentes.* *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 145.*

POLYPODIUM. *Swartz. Brown.*

Sori subrotundi (seriati, sparsi v. conferti). *Indusium* nullum. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 146.*

* *fronde simplici.*

1. *P. lineare*, frondibus lineari-lanceolatis acuminatis rariùs bifidis digitatisve coriaceis glabris basi attenuatis: margine integerrimo revoluto, soris validis suboppositè distantibus parallelis.

Polypodium lineare. *Thunb. Japon. 335. Icon. t. 18.*

Hab. circa Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris, et ad Narainhetty Nepalesium. *Hamilton.* Fructificat à Januario ad Aprilem.

Radix repens. *Stipites* brevissimi, semiteretes, glabri, suprâ canaliculati. *Fronde* palmares pedalesve, semipollicem latæ, simplices, integerrimæ, nunc tamen bifurcæ v. rariùs digitatim sectæ in eadem v. diversâ plantâ reperiuntur ut species diversas credidisses, ideòque sub variis nominibus scilicet *P. submarginale*, *bifurcum* et *biforme* in Herbario clariss. *Hamiltonii* collectæ sunt.

2. *P. Scolopendrium*, fronde simplici lanceolatâ acuminatâ integerrimâ membranaceâ basi attenuatâ, soris depressis in apice frondis duplici serie parallelis.

Polypodium Scolopendrium. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Radix repens. *Frons* pedalis.

3. *P. normale*, fronde lanceolatâ acuminatâ integerrimâ membranaceâ glabrâ basi attenuatâ, soris hemisphæricis per totam frondis inordinatè dispositis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Frons pedalis.

4. *P. flocculosum*, frondibus lanceolatis acuminatis integerrimis valdè coriaceis suprâ nudis impressèque punctatis subtùs lanâ stellatâ omninò tectis! basi rotundatis, stipite elongato, soris totam ferè frondis occupantibus.

Polypodium acrostichoides. *Hamilton MSS. nec Forster.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Novembri.

Frondes plures, spithameæ aut pedales, pollicem v. sesquipollicem latae. *Stipes* elongatus, 4-angulus, 3-sulcus simulque cum totâ paginâ inferiore frondis lanâ stellatâ flocculosâ vestitus. *Sori* numerosi, distantes, totam paginam inferiorem inordinate occupantes. Contrâ in *P. acrostichoidi Forst.* frondes sunt latè lineares obtusæ, margine revolutæ, subtùs pube solùm stellatâ nec lanâ flocculosâ tectæ, sori majores in apice frondis ordinati et confluentes.

5. *P. membranaceum*, frondibus latè lanceolatis acuminatis integerrimis membranaceis glabris infernè attenuatis, soris subrotundis dispersis, stipite compresso lævi.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons spithamea v. bipedalis, ferè diaphana, ad medium 4-uncias lata. *Stipes* 5-uncialis, lævis, suprâ sulcatus.

** *fronde pinnata.*

6. *P. cuspidatum*, fronde lanceolatâ pinnatâ: pinnis alternis lanceolatis longè cuspidatis membranaceis glabris margine crenulatis, soris duplici serie æquidistantibus, stipite rachique glabris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons ferè tripedalis. *Pinnæ* 5-pollicares, semipollicem latae.

7. *P. tenellum*, fronde pinnatâ hirsutâ: foliolis alternis lanceolatis obtusis inciso-serratis integris, rachi alatâ, stipite capillari.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes plures, 3-6-pollicares, pilis patentibus hirsutæ.

8. *P. acuminatum*, fronde pinnatâ: pinnis alternis sessilibus lanceolatis acuminatis plerumquè pinnatifidis: segmentis ellipticis acutis confluentibus glabris, soris duplici serie oppositis.

Polypodium acuminatum. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons bi-v. tripedalis. *Pinnæ* 5-9-pollicares longæ, $\frac{1}{2}$ v. sesquipollicem latae, nunc indivisæ v. lobato-serratae.

9. *P. distans*, fronde lanceolatâ pinnatâ: pinnis distantibus suboppositis lanceolatis acuminatis altè pinnatifidis pilosiusculis: segmentis oblongis apice rotundatis; imis inciso-serratis; superioribus repandis, stipite rachique semiteretibus villosis, soris remotis biseriatis.

Hab. in Nepaliæ alpinis. *Wallich.*

Frons bi-v. tripedalis. *Rachis* purpurascens.

10. *P. vulgare.* *Linn.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.*

11. *P. aureum*. Linn.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

12. *P. trifidum*, fronde trifidâ: segmentis oblongo-ovatis acutis integerrimis coriaceis glabris, soris magnis duplici serie digestis, stipite compresso lævi.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes 4-pollicares, trifidæ rarò bifidæ; *segmento medio* longiore; *lateralibus* patulis. *Stipes* uncialis.

13. *P. juglandifolium*, fronde pinnatâ: pinnis ovato-lanceolatis longè cuspidatis suboppositis integerrimis sessilibus glabris, soris ovalibus duplici serie æquidistantibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons bipedalis. *Rachis* compressa, pilosiuscula. *Pinnæ* 6-pollices longæ, sesquiunciam latæ. *Stipes* palmaris, compressus, lævis.

PLEOPELTIS. *Bonpl.*

POLYPODII Sp. *Auctor.*

Sori magni, ovales, squamis orbiculatis peltatis tecti. *Indusium* nullum.

Frondes sæpiùs simplices, integerrimæ.

1. *P. nuda*, frondibus lanceolatis coriaceis acuminatis utrinque nudis, squamis sori confertis imbricatis margine integris. *Pleopeltis nuda*. *Hook. Exot. Fl. t. 63.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes spithamææ v. pedales, ferè unciam latæ. *Stipes* brevissimus, suprâ planus, subtùs convexus, nudus.

ASPIDIUM.—*Brown.*

ASPIDIUM Sp. *Swartz.*

Sori rotundi, dorsales. *Indusium* orbiculare, peltatum, stipitatum, in medio sori insertum, undiquè liberum. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 147.*

* *fronde pinnatâ.*

1. *A. auriculatum*, fronde lanceolatâ pinnatâ: pinnis lanceolatis mucronatis coriaceis glabris profundè spinuloso-serratis basi acutis; lateri superiore lobo auriculato instructo, stipite brevissimo rachique valdè squamoso.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes plures, pedales, magnitudine *Aspidii Lonchitis.*

2. *A. obliquum*, fronde pinnatâ: pinnis alternis lanceolatis obliquis obtusis serratis glabris nitidis basi semicordatis, stipite elongato rachique nudiusculo.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.*

Frondes cæspitosæ, palmares. *Sori* confertim approximati.

3. *A. ilicifolium*, fronde pinnatâ lanceolatâ: pinnis alternis ovato-oblongis coriaceis rigidis mucronatis nitidis brevis-

simè stipitatis bi-v. tricuspидatis spinulosis subtùs lepidotis ad latus superius lobo lato auriculatis, stipite rachique semiteretibus squamosis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons sesquipedalis. *Pinnæ* pollicem v. sesquipollicem longæ, semiunciam latæ. *Sori* magni; *superiores* biseriati; *inferiores* inordinatè associati.

4. *A. lentum*, fronde elongatâ lanceolatâ pinnatâ: pinnis alternis lanceolatis coriaceis rigidis pinnatifidis: segmentis biaristatis; infimo maximo dolabrato, stipite rachique squamosis.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.*

Frons sesquipedalis, angustè lanceolata. *Stipes* spithameus. *Pinnæ* distantes, sesqui-pollicares.

5. *A. aridum*, fronde lanceolatâ pinnatâ pilosâ asperâ: pinnis prælongis lanceolatis acuminatis altè pinnatifidis: segmentis lineari-oblongis integerrimis mucronulatis, soris biseriatis æquidistantibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons tripedalis.

* * fronde bipinnatâ.

6. *A. squarrosum*, fronde lanceolatâ bipinnatâ: foliis pinnisque alternis subsessilibus oblongo-ovatis mucronatis rigidis glabris nitidisque; inferioribus pinnatifidis serratisve; omnibus latere superiore dente maximo instructis basi acutis inæqualibus, stipite rachique valdè ramentaceis.

Polypodium squarrosum. *Hardwicke in Herb. Lamb.*

Polypodium spinulosum. *Hamilton MSS. nec aliorum.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Martio.

Frons ampla, rigida, tactu aspera. *Stipes* subquadrangulus ramentis scariosis fuscis densissimè obtectus. *Rachis* paleis tenuissimis villiformibus tecta, suprâ canaliculata. *Pinnæ inferiores* subremotæ; *superiores* contiguæ. *Pinnulæ superiores* plerumquè, nisi dente maximo, integerrimæ.

Obs. *Aspidio vestito, Swartzii* speciès esse proxima videtur, etiamque in Japoniâ obvia.

7. *A. discretum*, fronde ovato-lanceolatâ bipinnatâ: foliis ellipticis rigidis glabris inciso-serratis: lobis ovatis mucronatis anticè auriculatis, stipite rachique paleaceo-villosis, indusiis scariosis margine crosis.

Polypodium aculeatum. *Hamilton MSS. nec Linn.*

Hab. circa Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris. *Hamilton. Wallich.* Fructificat Aprili.

Frons bipedalis et sæpè ultrâ.

8. *A. paleaceum*, fronde lanceolatâ pinnatâ: pinnis alternis

lanceolatis acuminatis profundè pinnatifidis; segmentis lineari-oblongis coriaceis glabris basi confluentibus apice truncatis erosè dentatisque, stipite rachique paleis longissimis cuspidatis atrorufis densè vestitis.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.*

Frons tripedalis.

* * * *fronde tripinnatâ.*

9. *A. mucronatum*, fronde ovatâ tripinnatâ: pinnis remotè alternis: foliolis ovali-oblongis glabris nitidisque basi rhombeis apice tridentatis; imis subpinnatifidis; superioribus spinuloso-serratis, soris remotis biseriatis.

Polypodium mucronatum. Hamilton MSS.

Hab. ad Suambu Nepalensium. *Hamilton. Wallich.* Fructificat Aprili.

Frons bipedalis. *Stipes* elongatus, subtetragonus, paleaceus, dein nudus. *Pinnulæ* lanceolatæ, mucronatæ.

10. *A. cornu cervi*, fronde tripinnatâ laxâ: pinnis pinnulisque remotè alternis apice pinnatifidis truncatis: foliolis ellipticis cuneatisve truncatis glabris nitidisque inciso-serratis serraturis incurvis mucronatis, stipite rachique sulcatis glabris, soris solitariis incisuræ proximis.

Polypodium cornu cervi. Hamilton MSS.

Hab. ad Suambu Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Maio.

Frons bi-v. tripedalis. *Pinnæ* apice elongato pinnatifido truncato.

11. *A. speciosum*, fronde ovatâ tripinnatâ: pinnis pinnulisque alternis: foliolis inferioribus altè pinnatifidis; superioribus inciso-serratis: segmentis inæquilateri-ovalibus coriaceis lucidis incisus integrisque apice acutè dentatis, stipite elongato densè ramentaceo suprâ trisulco.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons bipedalis, ferè sesquipedem lata. *Stipes* bipedalis, calami scriptorii crassitudine. *Sori* sparsi, subsolitarii aut aggregati.

NEPHRODIUM. *Brown.*

NEPHRODII Sp. *Mich.*

Sori rotundi, dorsales. *Indusium* reniforme, sinu affixum, marginibus liberis. *Brown l. c. p. 148.*

* *fronde pinnatâ.*

1. *N. edule*, fronde pinnatâ: pinnis lanceolatis obtusis confertis sessilibus crenulatis glabris basi cordato-auriculatis, soris remotis seriatis margini contiguis.

Polypodium sp. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Radix tuberosa, esculenta (*Ham.*) *Frons* bipedalis sive ultrâ.

2. *N. pubescens*, fronde lanceolatâ pinnatâ villosâ: pinnis alternis altè pinnatifidis: segmentis lineari-oblongis obtusis integerrimis, soris duplici serie margini contiguâ.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons bipedalis, facie *Aspidii mollis.*

3. *N. procerum*, fronde pinnatâ: pinnis suboppositis altè pinnatifidis: segmentis lanceolatis acutis pilosiusculis margine integerrimis revolutis, rachi pilosâ, stipite squamoso.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons orgyalis, lanceolata.

* * *fronde bipinnatâ.*

4. *N. cochleatum*, fronde bipinnatâ: pinnis suboppositis: foliolis lineari-oblongis obtusissimis acutè serratis glabris, indusiis subcoriaceis imbricatis, stipite elongato angulato, rachibus semiteretibus glabris.

Polypodium cochleatum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad pagum Hethaura Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*

Fructificat Aprili.

Frons bipedalis. *Sori* magni, confertissimi. *Indusia* persistentia, subcoriacea, atrofusca, margine deflexa, totam paginam frondis tegentia.

Obs. Proxima est species ex Japoniâ.

5. *N. sparsum*, fronde bipinnatâ: pinnis suboppositis distantibus caudatis: foliolis lanceolatis obtusiusculis glabris paucifloris; imis pinnatifidis; superioribus inæquilateris inciso-serratis.

Polypodium sparsum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suambu Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Maio.

Frons bipedalis. *Stipes* elongatus, sulcatus, squamosus.

Pinnulæ alternæ v. oppositæ, distantes.

* * * *fronde tripinnatâ.*

6. *N. hirsutum*, fronde ovatâ tripinnatâ; pinnis inferioribus suboppositis: foliolis oblongis obtusis pinnatifidis: lobis rotundato-ovatis crenatis subtùs rachique pilosis, indusiis pilosis, stipite elongato glabro.

Hab. in Nepaliæ alpebus. *Wallich.*

Frons pedalis.

NEURONIA.

Sori ad costam frondis duplici serie rectâ digesti. *Indusium* reniforme, undiquè ferè liberum, sinu basis ad interius.

Candex reptans, radiciformis, fibris pluribus instructus, undique densè paleaceus. Frondes simplices, lanceolatæ, longè cuspidatæ, membranaceæ, spithameæ s. pedales, v. rariùs ferè sesquipedales, pollicem v. sesquipollicem latæ, suprâ glabræ, lucidæ, subtùs villosiusculæ, margine ciliatæ, integerrimæ, solitaria v. plures, quasi verticillatæ ex eodem puncto ortæ, nervis parallelis contiguis; totâ paginâ inferiore inoccupatâ, nisi ad costam sæpiùs paleaceam, ubi series duplex sorium. Stipes brevissimus (semi s. sesquiuncialis,) teretiusculus, glaber, nitidus, fuscescens.

Obs. Nomen derivatum est a νερευς, *nervus*, quòd sori secus costam digesti.

1. *N. asplenoides.*

Aspidium Wallichii. Hook. Exot. Fl. t. 5.

Hab. in Nepaliâ. Wallich.

ASPLENIUM. *Linn.*

Sori lineares, sparsi, dorsales. *Indusium* è venâ lateralitèr ortum ducens, margine superiore libero. *Brown l. c. p. 149.*

* *fronde simplici.*

1. *A. Phyllitidis*, fronde simplici lanceolatâ acuminatâ integerrimâ coriaceâ glabrâ basi attenuatâ, soris parallelis contiguis, indusio membranaceo persistente.

Hab. in Nepaliâ. Wallich.

Frondes plures, sesquipedales, facie Polypodii Phyllitidis.

** *fronde pinnatâ.*

2. *A. longifolium*, fronde lanceolatâ pinnatâ opacâ acuminatâ: pinnis lanceolatis cuspidatis pinnatifidis stipitatis basi obliquis: lobis acutè serratis; infimo maximo auriculato, stipite rachique viridibus squamosis.

Hab. in Nepaliâ. Wallich.

Frons bipedalis.

3. *A. normale*, fronde pinnatâ: pinnis alternis contiguis trapezoideo-oblongis obtusis sessilibus crenatis glabris basi integerrimis, stipite rachique tetragonis atropurpureis glabris.

Asplenium unilaterale. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. Fructificat Januario.

Frondes pedales, graciles, facie Asplenii ebeni.

4. *A. recurvatum*, fronde lineari-lanceolatâ pinnatâ apice elongato recurvato radicante: pinnis trapezoidicis alternis brevè stipitatis striatis hirtis latere superiore diffisis fructiferisque, stipite rachique teretibus hirsutis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Fronde plures, spithameæ, recurvatæ. *Rachis* purpurascens.

5. *A. falcatum*, fronde lanceolatâ pinnatâ : pinnis lanceolatis acuminatis coriaceis glabris inciso-serratis basi cuneatis inæquilateris ; lobo inferiore maximo truncato inciso, stipite rachique teretiusculis levitè squamosis.

Asplenium falcatum. *Retz. Obs. 6. p. 37. Lam. Encycl. 2. p. 303. Willd. Sp. Pl. 5. p. 325.*

Trichomanes Adiantoides. *Linn.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* *Fructificat Martio.*

Fronde pedales. *Stipes* ad basin squamulis atrorufis densiùs tectus.

6. *A. laciniatum*, fronde pinnatâ : pinnis suboppositis distantibus altè pinnatifidis : segmentis cuneatis apice inciso-dentatis.

Hab. in Nepaliæ alpihus. *Wallich.*

Fronde cæspitosæ, 3-4-unciales, teneræ, lætè virides.

* * * fronde bipinnatâ.

7. *A. gracile*, fronde bipinnatâ : pinnis alternis : foliolis ellipticis obtusis inciso-lobatis denticulatisque, stipite elongato rachique glabro.

Hab. in Nepaliæ alpihus. *Wallich.*

Frons gracilis, pedalis et ultrâ.

8. *A. latifolium*, fronde ovato-lanceolatâ bipinnatâ : pinnis reinotè alternis : foliolis ellipticis acuminatis membranaceis glabris inciso-crenatis ; superioribus confluentibus, stipite rachique semiteretibus glabris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons tripedalis.

9. *A. maximum*, fronde amplâ bipinnatâ : pinnis suboppositis : foliolis lanceolatis acuminatis altè pinnatifidis : segmentis oblongis serratis glabris apice rotundatis, soris alternis nervo contiguis, stipite rachique semiteretibus glabris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons 4-5-pedalis, ampla. *Pinnæ* sesquipedales.

* * * * fronde tripinnatâ.

10. *A. tenuifolium*, fronde lanceolatâ tripinnatâ laxâ : pinnis pinnulisque alternis distantibus : foliolis ovali-oblongis mucronatis glabris incisissimis integrisve membranaceis, stipite rachique semiteretibus nudis.

Hab. in Nepaliæ alpihus. *Wallich.*

Fronde plures, graciles, 3-9-unciales, lætè virides, glabræ.

11. *A. distans*, fronde ovato-lanceolatâ tripinnatâ : pinnis per paria remotis : foliolis lineari-oblongis pinnatifido-serratis, soris linearibus rectis alternis nervo contiguus, stipite rachique semiteretibus glabris.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.*

Frons sesquipedalis, gracilis.

Obs. Proxima *Asplenio Filix-Fœminæ*.

12. *A. laserpitiifolium*, fronde ovato-lanceolatâ acuminatâ tripinnatâ : pinnis pinnulisque remotè alternis : foliolis rhombeo-ovatis glabris inciso-dentatis lætè viridibus, rachibus partialibus alatis, indusiis viridibus, stipite tereti maculoso.

Asplenium laserpitiifolium. *Lam. Encycl.* 2. p. 307. *Swartz. Synop.* 85. *Willd. Sp. Pl.* 5. p. 347.

Hab. circa Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris. *Hamilton.* Fructificat Aprili.

Fronde bi-v. tripedales, lætè virentes. *Sori* breves, recti. *Rachis partialis* alata.

Obs. *Asplenio Adianto-nigro* non paulò similis ; sed maximè major est.

SCOLOPENDRIUM. *Smith.*

ASPLENII Sp. *Linn.*

Sori lineares, transversales, sparsi. *Indusium* duplex, utrumque latus sori occupans, superficialiarium, quasi suturâ longitudinali dehiscens. *Willd. Sp. Pl.* 5. p. 348.

1. *S. dubium*, fronde lanceolatâ obtusè acuminatâ margine repandâ, soris solitariis distantibus geminisve, indusiis duplici modo dehiscentibus, stipite elongato tereti usculo basi paleaceo.

Asplenium lanceum. *Thunb. Japon.* 333. *Icon.* t. 19.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Fronde lanceolatae, subcoriaceae, 3-7-pollicares, margine revolutae, et sæpiùs repandae, glabrae. *Sori* lineares, sæpiùs distantes, nunc contigui v. gemini. *Indusia* membranacea, sæpiùs exteriùs (in *geminis* ad utrumque latus) dehiscentia.

Obs. Filix inter *Scolopendrium* et *Asplenium* mediana.

DAVALLIA. *Smith. Swartz.*

Sori subrotundi (v. in lineolâ verticali) margini plerumquè approximati. *Indusium* superficialiarium, ex apice venae unicæ ortum, lateribus v. latâ basi adnatum, exteriùs et verticalitèr liberum. *Brown l. c.* p. 156.

* *fronde pinnatâ.*

1. *D. scabra*, fronde lanceolatâ pinnatâ : pinnis prælongis lanceolatis acuminatis pinnatifidis undulatis subtùs rachique densè pilosis : lobis rotundato-ovalibus repando-

dentatis fructiferis, soris marginalibus, indusio setoso, stipite elongato lævi.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

* * *fronde bipinnatâ.*

2. *D. platyphylla*, fronde bipinnatâ: pinnis remotè alternis lanceolatis caudatis: foliolis lanceolatis longè acuminatis rotundato-crenatis basi acutis utrinque rachique glabris nitidisque, soris geminis ad incisuras positis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons elegans, 3-4-pedalis.

* * * *fronde tripinnatâ.*

3. *D. villosa*, fronde tripinnatâ villosâ: pinnis alternis remotissimis: foliolis oblongis pinnatifido-crenatis repandisque apice rotundatis, stipite elongato semitereti, soris infra sinum positis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons tripedalis.

4. *D. flaccida*, fronde ovato-oblongâ tripinnatâ: pinnis pinnulisque alternis: foliolis inciso-pinnatifidis: segmentis elliptico-oblongis acutis lævibus integerrimis dentatisve, soris solitariis ultra sinum positis, rachibus alatis glanduloso-pubescentibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons tripedalis, flaccida. *Rachis communis*, nisi ad apicem, simplex.

5. *D. polypodioides*, fronde ovato-lanceolatâ tripinnatâ: pinnis remotè alternis: foliolis inæquilateri-oblongis incisis integrisve apice rotundatis subtùs pilosiusculis, stipite rachique teretiusculis tomentosissimis scabris, indusiis integerrimis glabris.

Dicksonia polypodioides. *Swartz. Synop.* 137 et 356. *Willd. Sp. Pl.* 5. p. 488.

Polypodium nudum. *Forst. Prod.* 446. (*vide* *Herb. Sui nunc in Mus. Lamb.*)

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons ampla, 3-6-pedalis aut ultra, ad medium sesquipedem lata. *Sori* incisuris proximi.

Obs. Davalliæ rectè adjicienda, quòd indusium simplex.

6. *D. truncata*, fronde oblongo-ovatâ acuminatâ tripinnatâ glabrâ: pinnis caudatis pinnulisque remotè alternis: foliolis cuneatis lobatis lobis truncatis dentatisque, soris solitariis, indusiis reniformibus integerrimis, stipite rachique glaberrimis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Fronde palmares v. sesquipedales.

7. *D. pulchra*, fronde ovatâ tripinnatâ glabrâ: foliolis profundè pinnatis: segmentis inciso-lobatis lobis lineari-lanceolatis acutis, soris solitariis, indusiis scariosis, stipite rachique glaberrimis

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes elegantissimæ, pedales aut nunc ultrâ, graciles, lætè virides, tenuitè dissectæ.

DICKSONIA. *L'Herit. Smith. Swartz.*

Sori subrotundi, marginales, distincti. *Indusium* pseudo-bivalve; *verum* superficialium, ex apice venæ ortum, membranaceum, exterius liberum; *spurium* è lobulo pinnæ reflexo, alterum equitans. *Brown l. c. p. 157.*

1. *D. strigosa*, fronde lanceolatâ bipinnatâ: foliolis inæquilateri-oblongis pinnatifidis: segmentis ovalibus obtusis dentatis suprâ nudis opacis subtùs pilosis, soris in sinu solitariis suboppositis, stipite rachique teretiusculis strigosotomentosis.

Dicksonia strigosa. *Thunb. in Linn. Trans. 2. p. 341.*

Swartz Synop. 138. Willd. Sp. Pl. 5. p. 484.

Trichomanes strigosum. *Thunb. Japon. 339.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons bipedalis.

TRICHOMANES. *Smith. Swartz.*

Sori marginales. *Capsulæ* sessiles, receptaculo communi cylindræco insertæ, intra *Involucrum* monophyllum, suburceolatum, ore hiantè, texturâ frondis.

Surculi repentes, tomentosi. *Frondes* pellucidæ, areolatæ, raræ, indivisæ, sæpiùs 1-3-pinnatifidæ, laciniis uninerviis involucri terminali, receptaculo capsularum plerumquè exserto, elongato. *Brown l. c. p. 159.*

1. *T. striatum*, fronde bipinnatâ: pinnis alternis. foliolis ellipticis membranaceis pellucidis pinnatifidis: lobis linearibus obtusis, rachi alatâ, indusiis tubulosis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Frondes palmares pedalesvc; *fructiferæ* sunt opaciores et tenuiùs sectæ.

HYMENOPHYLLUM. *Smith. Swartz.*

Sori marginales. *Capsulæ* sessiles, receptaculo communi cylindræco insertæ, intra *involucrum* bivalve, texturâ frondis, valvis planis, exterius liberis.

Obs. *Habitus* penitùs *Trichomanis*. *Receptaculum* capsularum in plerisque inclusum, in nonnullis exsertum. *Brown l. c. p. 159.*

1. *H. tenellum*, fronde pinnatâ : pinnis alternis pinnatifidis : laciniis lineari-oblongis obtusis integerrimis apice emarginatis simplicibus bifidisve, soris solitariis lateralibus, indusiis integerrimis, stipite rachique alatis.

Hab. in Nepaliæ alpiibus. *Hamilton. Wallich.*

Fronde tenerrimæ, sesqui v. bipollicares.

Obs. Facie *H. tunbrigensis*; sed distinctissima est species, quòd laciniæ integerrimæ, nec serratæ, apice emarginatæ et indusia integerrima, quòd stipes alatus atque sori in summis laciniarum lateralium.

2. *H. ramosissimum*, fronde ovato-lanceolatâ tripinnatâ : foliolis profundè pinnatifidis : laciniis lineari-cuneatis plerumquè bifidis, soris terminalibus numerosis, indusiis integerrimis brevissimis, stipite rachique teretibus.

Hymenophyllum ramosissimum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Nilkantha inter alpes Nepaliæ. *Hamilton.* Fructificat Aprili.

Fronde pedales v. sesquipedales, ovato-lanceolatæ.

PERANEMA.

Indusia dorsalia, sparsa, sphærica, indivisa, pedicellata! pendula, capsulis repleta; dein rimâ transversali dehiscentia.

Caudex arboreus? Frons *maxima*, cum stipite 6-pedalis, tripinnata, paleis cuspidatis rufis densè instructa: pinnæ alternæ, lanceolatæ, per paria contiguæ, pedales aut ultrâ: foliolis lineari-oblongis, apice rotundatis; inferioribus pinnatifidis; superioribus repando-crenatis. *Indusia sparsa aut biseriata, pedicello longiusculo stipitata. Stipes teretiusculus, tripedalis, crassitudine digiti minoris.*

1. *P. cyathoides.*

Obs. Genus à *Cyathea*, cui affine, omninò distinctum: indusiis sphæricis indivisis pedicellatis. Nomen à $\pi\eta\rho\alpha$, *pera*, et $\nu\epsilon\mu\alpha$, *filamentum*; ob *indusia pedicellata.*

WOODWARDIA. *Smith. Swartz.*

Sori oblongi, distincti, recti, costæ frondis utrinque paralleli.

Indusia superficialia, fornicata, interiùs dehiscentia. *Willd.*

Sp. Pl. 5. p. 416.

1. *W. radicans.* *Swartz. Synop. 117. Willd. l. c. p. 418.*

Hab. prope Kharbu vicum Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.*

DIPLAZIUM. *Swartz.*

Sori lineares, sparsi, gemini ab eadem venâ frondis orti, simplices vel ramosi. *Indusia* geminata, è venis orta, utrumque exteriùs dehiscens. *Willd. Sp. Pl. 5. p. 351.*

1. *D. fraxineum*, fronde pinnatâ: pinnis lanceolatis longè acuminatis glabris alternis suboppositisve; infimis ternatis

pinnatifidisve, soris subparallelis plerumquè dichotomis, stipite rachique glabris nitidis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Frons bi v. tripedalis. *Pinnæ* sæpè spithameæ, sesquipollicem latæ.

2. *D. falcatum*, fronde pinnatâ: pinnis lanceolatis integerrimis petiolatis apice caudatis falcatis alternis sub-oppositisve, soris parallelis plerumquè bipartitis, stipite rachique glaberrimis.

Hemionitis falcata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Martio.

Obs. Facie et magnitudine præcedentis.

HEMIONITIS. *Linn., Swartz.*

Capsulæ venis reticulatis frondis insertæ. *Indusium* nullum. *Willd. Sp. Pl. 5. p. 126.*

* *fronde simplici.*

1. *H. coriacea*, frondibus sessilibus lanceolatis acutis integerrimis opacis coriaceis infernè attenuatis, venis fructiferis immersis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons 5-8-pollicaris. *Costa* nulla media.

2. *H. pothifolia*, fronde pinnatifidâ: segmentis lanceolatis integerrimis coriaceis glabris apice acuminatis falcatisque, soris transversis inæqualibus sæpè interruptis, stipite elongato semitereti glabro.

Hemionitis pothifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Martio.

Frons sesquipedalis. *Segmenta* spithamea, bi v. tripollices lata.

3. *H. plantaginea*, frondibus elliptico-oblongis acuminatis integerrimis membranaceis infernè decurrentibus, soris inæqualibus transversis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes pedales v. ultrâ, 2-3 uncias ad medium latæ. *Sori* variâ magnitudine, ovales v. semipollicem longi.

* * *fronde pinnatâ.*

4. *H. opaca*, fronde ovato-oblongâ pinnatâ: pinnis sub-oppositis altè pinnatifidis: segmentis oblongis obtusis membranaceis serratis, soris sparsis abbreviatis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons cum stipite sesquipedalis

GRAMMITIS. *Swartz, Brown.*

Sori lineares, recti, sparsi, venulâ unicâ insidentes, axi obliqui. *Indusium* nullum. *Brown l. c. p. 140.*

1. *G. involuta*, fronde simplici lanceolatâ acuminatâ valdè coriaceâ margine integerrimâ involutâ, soris validis semi-cylindræis rectis parallelis.

Scolopendrium revolutum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich.*

Frondes plures palmares pedalesve valdè coriaceæ, suprâ nudæ.

LOMARIA. *Willd.*

Sori lineares, continui, capsulis demùm dorsum totum frondis (nunc pinnæ) diversæ, contractæ operientibus. *Indusium* marginale, scariosum, continuum, intûs liberum v. dehiscens. *Brown l. c. p. 152.* (sub *Steganiâ.*)

1. *L. decomposita*, fronde ovato-oblongâ suprâ decompositâ: foliolis linearibus acutis glabris, indusiis linearibus integerrimis.

Pteris angustifolia. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.*
Fructificat Decembri et Februario.

Frondes bipedales; steriles nunquam vidi. *Stipes et Rachis* glaberrimi, nitidi, suprâ canaliculati.

LEPTOSTEGIA.

Capsulæ numerosæ, pedicellatæ, axi utriusque indusii insertæ. *Indusia* è margine utroque frondis ortum ducentia, interrupta, inæqualia, margine scariosa, involuta et conniventia sive sæpiùs se invicem imbricata.

Filix terrestris, acaulis. *Frondes steriles et fertiles omninò, similes tenuissimè dissectæ, sesqui v. bipedales, glaberrimæ, suprâ decompositæ (quadripinnatæ) ovato-oblongæ: pinnæ et pinnulæ remotè alternæ: foliola lanceolata, mucronata, integerrima sive incisa, basi lineari-angustata.*

Obs. Genus præcedenti quadantenus affine; sed abundè discrepat capsulis axi indusii insertis et occultis numquam paginam tegentibus, indusiis interruptis inæqualibus ab ore (non intra marginem) ortis margine contiguus involutis sæpè imbricatis.

Etymologia nominis a λεπτός, *tenuis* et σκην, *tectum*, id est indusium tenue.

L. lucida.

Scolopendrium lucidum. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Februario.

VITFARIA. *Smith, Swartz.*

Sori lineares, continui, marginales v. dorsales. *Indusium* duplex, continuum, tecturâ frondis; *alterum* exterius, alterum interiùs liberum. *Brown l. c. p. 153.*

1. *V. revoluta*, frondibus lineari-lanceolatis acuminatis strictis margine integerrimis revolutis, soris solitariis marginalibus. *Pteris lineata, Linn.? Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.* Fructificat Februario.

PTERIS. *Linn.*

Sori lineares, marginales, continui; capsulis sinus indusii insertis. *Indusium* marginale, continuum, scariosum, intùs liberum. *Brown l. c. p. 153.*

1. PTERIDES PROPRIÆ.

* *fronde pinnatâ.*

1. *P. longifolia*, fronde pinnatâ: pinnis lineari-lanceolatis acuminatis alternis sessilibus margine serrulatis basi auriculato-cordatis, rachi pubescente.

Pteris longifolia. Linn.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

2. *P. pectinata*, fronde ovato-lanceolatâ pinnatâ: pinnis oppositis altè pinnatifidis pectinatis: segmentis linearibus obtusis planis integerrimis, stipite rachique glaberrimis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons magna, tripedalis.

3. *P. cretica*, fronde pinnatâ: pinnis oppositis lanceolatis acuminatis setaceo-serratis basi acutis brevissimè petiolatis; infimis bi v. tripartitis; fertilibus infernè integerrimis.

Pteris cretica. Linn.

Hab. ad Suembu Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Martio.

Obs. Filix variabilis. Pinnæ in *fertilibus* angustiores.

* * *fronde bipinnatâ.*

4. *P. normalis*, fronde bipinnatâ: pinnis oppositis 1-4-jugis; infimissæpè geminis: foliolis linearibus obtusis integerrimis coriaceis glabris parallelis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frons palmaris v. bipedalis. Stipes elongatus, glaber.

5. *P. longipes*, fronde ternatâ bipinnatâ: pinnis ternis lanceolatis: foliolis lanceolatis acuminatis altè pinnatifidis segmentis lineari-oblongis apice rotundatis crenatisque, stipite longissimo suprâ sulcato.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Stipes 5-pedalis, crassitudine calami scriptorii. *Pinnæ* ternæ, amplissimæ, sesqui v. bipedales. *Foliola* 5-6-pollicaria.

CHEILANTHES. *Swartz.*

Capsula glomeratæ, nunc confluentes. *Indusium* marginale, scariosum, continuum, sinuosum, sæpiùs laceratum.

Obs. Genus Pteridi proximum; sed distinctum indusio sinuoso et capsulis glomeratis.

1. *C. rufa*, frondibus pinnatis utrinque lanosis: pinnis oblongis suboppositis pinnatifidis: segmentis ovalibus repandis apice rotundatis, indusio lacero, stipite rachique teretibus vestitis.

Hab. in Nepaliæ alpihus. *Wallich.*

Filix cæspitosa, tota pilis mollibus articulatis tortuosis rufis densè tecta. *Fronde*s patulæ, 3-5-unciales, subtùs demùm pulverulentæ.

2. *C. dealbata*, frondibus ferè bipinnatis subtùs dealbatis: pinnulis oblongis pinnatifidis suprâ glabris margine crenulatis; superioribus confluentibus, indusio fimbriato, rachi lævi, stipite basi paleaceo.

Gymnia pectinata. *Hamilton MSS.*

Hemionitis dealbata. *Wallich in Litt.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.*

Fructificat Martio.

*Fronde*s lanceolatæ, pinnatæ, palmares v. sesquipedales: *pinnæ* suboppositæ, infrâ omninò tectæ pulvere niveo, atque venis atropurpureis pictæ, altè pinnatifidæ: *segmentis* lineari-oblongis, obtusis; *inferioribus* distinctis, pinnatifidis; *superioribus* confluentibus, inciso-crenatis: *lobis* obtusissimis, margine crenulatis; *fructiferis* crispatis. *Stipes* et *rachis* teretiusculi, nitidissimi, atropurpurei, basi palcis cuspidatis atrorufis instructi.

ADIANTUM. *Linn.*

Sori oblongi vel subrotundi, *Indusii* membranaceis, e margine ortis, interiùs dehiscentibus, inserti. *Willd. Sp. Pl.* 5. p. 427.

* *fronde* pinnatâ.

1. *A. lunulatum*, fronde pinnatâ: pinnis dimidiato-cordatis remotè alternis petiolatis glabris; latre superiore lobato fructifero curvato; inferiore integerrimo reotiusculo, stipite rachique ancipitibus.

Adiantum lunulatum. *Swartz. Synop.* p. 121. *Willd. Sp. Pl.* 5. p. 430.

Pteris lunata. *Retz. Obs.* 2. p. 28. t. 4.

Pteris? *adiantoides.* *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Octobri.

Frondes pedales. *Stipes* ebeneus. *Pinnæ* latæ.

* * *fronde tripinnatâ.*

2. *A. venustum*, fronde ovatâ tripinnatâ: foliis subrotundocuneatis integris argutè serratis striato-nervosis, petiolis capillaribus, stipite rachique filiformibus ebeneis, indusiis lunatis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Frondes perelegantes palmares pedalesve. *Stipes* nigricans.

Obs. In *Adianto* trigouo, cui affinis sit nostra planta, frondes minores, foliola crenulata atque emarginata sublobulata, stipes trigonus; atque in *A. tenero* foliola sunt inciso-lobata.

II. GLEICHENEÆ. *Capsulæ annulo completo, striato, transverso, rarè obliquo cinctæ, sessiles, intus longitudinalitèr dehiscentes.* *Brown l. c. p. 160.*

GLEICHENIA. *Smith, Swartz.*

MERTENSIA. *Willd., Swartz.*

Capsulæ in soris rotundis, dorsalibus, sæpiùs definitæ et sessiles. *Indusium* nullum.

Frondes dichotomæ v. furcatæ. *Brown l. c. p. 160.*

1. *G. lanigera*, fronde dichotomâ: pinnis altè pinnatifidis: segmentis linearibus reticulatis subtus glaucis margine revolutis apice emarginatis, stipite rachique lanuginosis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.*

Frondes amplæ bi v. tripedales, variè dichotomæ. *Stipes* et *rachis* teretiussculi, lanâ rufâ deciduâ tecti.

LYCOPODINEÆ. *Swartz, Brown.*

LYCOPODIUM. *Lin., Swartz.*

Capsulæ uniloculares, axillares, sessiles; aliæ bivalves, farinâ repletæ; aliæ 2-3-valves, corpusculis 1-6-globosis. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 164.*

* *Capsulis uniformibus in amento terminalibus.*

L. fulcratum, caule erecto ramosissimo basi elongato, ramis

planis, foliis sparsis distichis lanceolatis acutis margine revolutis ciliatisque; cæteris stipularibus adpressis minimis, spicis brevissimis tetragonis: squamis ovatis mucronulatis.

Lycopodium fulcratum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Hamilton, Wallich.*

Caulis palmaris pedalisve aut nunc ultrà, infernè elongatus et simplex, teres.

Obs. *Lycopodium dendroideum*, cui nostra affinis est; differt quòd folia linearia, plana, nuda, quòd spicæ pauciores 3-plòque longiores.

2. *L. pennatum*, caule erecto ramosissimo, ramulis planis, foliis sparsis distichis ellipticis obliquis mucronatis ciliatis; cæteris stipularibus adpressis aristatis, spicis brevissimis: squamis ovalibus aristatis patulis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Obs. Facie præcedentis; sed multò minor, ac caulis è basi ramosus.

3. *L. circinale*, caule erecto ramosissimo basi elongato, ramulis distichis convolutis, foliis bifariis ovatis ellipticisve mucronatis serrulatis imbricatis secundis circinatis glabris, spicis brevissimis tetragonis: squamis ovatis mucronatis imbricatis.

Lycopodium circinale. *Linn.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Februario.

Caulis spithamei.

4. *L. tenellum*, foliis ovatis acutis distichis sparsis obliquis tenuissimè serrulatis, caulibus filiformibus prostratis ramosis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Obs. Habitu ferè *L. denticulati*.

* * *Capsulis reniformibus axillaribus.*

5. *L. setaceum*, caulibus erectis teretibus sæpè dichotomis, foliis quaternis quinisve undique crebris erecto-patulis lineari-setaceis integerrimis planis margine siccitate reflexis, capsulis reniformibus axillaribus.

Lycopodium setaceum. *Hamilton MSS., non Lam.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.* Fructificat Februario.

Caulis 4-pollicares v. pedales.

Obs. A *L. accroso Willd.*, quod setaceum *Lam.*, omninò diversa est caulibus erectis, capsulis reniformibus.

6. *L. obtusifolium*, caulibus assurgentibus rigidis plerumquè divisis, foliis alternis lanceolatis obtusis integerrimis coriaceis glabris undique versis patulis, capsulis reniformibus axillaribus.

Lycopodium obtusifolium. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Decembri.

Caules 4-5-pollicares, crassitudine ferè pennæ corvinæ.

Folia conferta, basi attenuata, semipollicem longa, lineam lata.

7. *L. serratum*, caule adscendente diviso, foliis quaternis lanceolatis acuminatis erosè serratis glabris basi attenuatis, capsulis reniformibus axillaribus.

Lycopodium serratum. *Thunb. Japon. p. 341. t. 38. Swartz.*

Synop. 175. Willd. Sp. Pl. 5. p. 51.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Fructificat Septembri.

Caulis spithameus v. pedalis. *Folia* laxa, patentia, ferè pollicem longa, sesquilineam lata.

EQUISETACEÆ. *Decand.*

EQUISETUM. *Linn. Gen. 559. Juss. Gen. 17.*

1. *E. diffusum*, caulibus procumbentibus ramosissimis simplicibusve, ramis verticillatis simplicibus tetragonis sulcatis scabris, vaginis 8-6-dentatis: dentibus ensiformibus, spicâ brevi terminali.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.*

Radix latè repens.

CHARACEÆ. *Richard.*

CHARA. *Linn. Gen. 567. Juss. Gen. 18.*

1. *C. polyclades*, inermis, sulcata; ramis ramulisque articulatis verticillatis acutis.

Hab. in aquosis Nepaliæ. *Wallich.*

Obs. Duplò major Charâ vulgari.

MARSILEACEÆ. *Brown.*

MARSILEA. *Schreb. Gen. 754.*

MARSILÆ Sp. *Linn.*

LEMMA. *Juss. Gen. 16.*

1. *M. quadrifolia.* *Linn.*

Hab. in aquosis Nepaliæ. *Wallich. 2.*

PIPERACEÆ. *Kunth.*PIPERITĒES. *Decand.*PIPER. *Ruiz et Pavon.*PIPERIS Sp. *Linn.*

Spadix cylindræus, floribus undique tectus. *Stamina* numero indeterminata. *Stigma* tri ad multifidum. *Bacca* monosperma.

Caulis fruticosus. *Kunth in Nov. Gen. et Sp. Plant.* 1. p. 46.

1. *P. Suipigua*, foliis ovatis 5-nerviis glabris basi rotundatis, spicis filiformibus solitariis dimidium foliorum æquantibus, caule volubili.

Piper Suipigua. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Augusto.

2. *P. Mullesua*, foliis ellipticis acuminatis trinerviis glabris basi acutis, capitulis globosis solitariis pedicellatis petiolo longioribus.

Piper Mullesua. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Januario.

3. *P. Guigual*, foliis ovatis acuminatis 5-nerviis glabris basi rotundatis, capitulis globosis solitariis pedicellatis petiolum æquantibus.

Piper Guigual. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Febuario.

PEPEROMIA. *Ruiz et Pavon.*PIPERIS Sp. *Linn.*

Spadix cylindræus, floribus undique tectus. *Stamina* 2. *Stigma* indivisum. *Bacca* monosperma.

Caulis herbæceus. *Kunth in Nov. Gen. &c.* 1. p. 60.

1. *P. saxatilis*, foliis quaternis obovatis retusis subtùs ramulisque pilosis, spicis terminalibus solitariis brevibus rectis, caulibus cæspitosis sulcatis flaccidis.

Piper saxatile. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 103.

Piper sulcatum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium (*Hamilton*), in rupibus prope urbem Katmandu. *Wallich.* ♀. Floret Septembri.

AROIDEÆ. *Juss.*ACORUS. *Linn. Gen.* 172. *Juss. Gen.* 25.

1. *A. Calamus*, foliis latè lineari-ensatis, bracteâ spadice quintuplò longiore.

Acorus Calamus. Linn.

Hab. in Nepaliæ paludosis. Wallich. 2.

CALADIUM. Vent.

ARIÏ Sp. Linn.

Spatha monophylla, cucullata, basi convoluta. *Spadix* ad apicem staminifer, mucrone quandoquè nudo; medio glandulosus; basi ovarii tectus. *Antheræ* peltatæ, sub peltâ ad ambitum, multiloculares. *Glandulæ* (Stamina sterilia) obtusæ. *Stigma* umbilicatum. *Bacca* monosperma? *Brown Prod. Fl. Nov. Holl.* 1. p. 336.

Obs. An omnes v. plures Baccâ monospermâ instructæ sint in posterum determinandum. *Brown l. c.*

1. *C. pumilum*, foliis orbiculato-peltatis: basi emarginatâ, spathâ lineari-oblongâ spadice obtuso quadruplò longiore.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. 2.

Planta 5-6-pollicaris.

POTHOS. Linn.

Spatha monophylla. *Spadix* cylindræus, undique floribus tectus. *Calyx* 4-partitus. *Stamina* 4. *Bacca* 2-sperma. *Kunth in Nov. Gen. &c.* 1. p. 75.

1. *P. scandens*, petiolis cuneato-oblongis dilatatis apice truncatis, foliorum paginâ lanceolatâ acuminatâ, spadice globoso reflexo spatham brevem mucronatam superantè, caule radicante.

Pothos scandens. Linn.

Hab. in Nepaliæ sylvis. Hamilton, Wallich. 2.

HOUTTUYNIA. Thunb. Japon. p. 12.

Juss. Gen. 25. *Schreb. Gen.* 614.

1. *H. cordata.* Thunb. l. c. p. 234. t. 26.

Hab. in Gosaingsthan Nepaliæ. Wallich. 2.

ALISMACEÆ. Rich., Brown.

POTAMOGETON. Linn.

Perianthium 4 partitum. *Stamina* 4. *Ovaria* 4, monosperma. *Nuces* sessiles. *Embryo* curvatus. *Brown l. c.* p. 343.

Herbæ perennes, in aquosis et fluviis provenientes, fluitantes.

Folia alterna v. opposita, sæpiùs indivisa. Spica axillaris.

Obs. Transitionem ab Aroidis facillè reddit hoc genus.

1. *P. indicum*, gracile; foliis lanceolatis acutis coriaceis longè petiolatis; superioribus oppositis, spicis pedunculatis distantè verticillatis.

Potamogeton indicum. Roxb. *Fl. Ind.* 1. p. 471.

Hab. in aquosis Nepaliæ. *Wallich.* ♀.

Planta fluitans, facie *P. natantis*; sed omnibus partibus duplò gracilior. *Folia* lanceolata, acuta, salicina, rarò ovali-oblonga. *Petioli* elongati, filiformes. *Pedunculus* teres, æqualis. *Spicæ* verticillatæ: *verticillis* paucifloris, subremotis.

2. *P. crenulatum*, foliis lineari-lingulatis obtusis membranaceis sessilibus crenulatis trinerviis; supremis oppositis.

Hab. in aquosis Nepaliæ. *Wallich.* ♀.

Caulis simpliciusculus, fluitans. *Folia* viridia, bipollicaria, ferè diaphana.

ALISMA. *Linn.*

Perianthium 6-partitum; *foliola* 3 exteriora tardiùs decidua, calycina; 3 interiora petaloidea. *Stamina* 6. *Ovaria* indefinitè numerosa, 1-sperma. *Capsulæ* distinctæ, non deliscentes. *Brown l. c. p. 342.*

1. *A. reniformis*, foliis reniformibus nervosis longè petiolatis utrinque glabris, scapo foliis duplò longiore paniculato, pedunculis ternis oppositisve, fructibus trigonis obtusis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Flores 6-andri, 10-gyni.

SAGITTARIA. *Linn.*

Flores monoici. *Perianthium* 6-phyllum; *foliolis* 3 interioribus petaloideis. *Stamina* numerosa. *Ovaria* indefinita, discum elevatum omninò tegentia. *Stigmata* totidem. *Capsulæ* compressæ, monospermæ, indeliscentes.

Herbæ paludosis gaudent. *Folia plerumquè sagittata.* *Flores in scapis verticillato-racemosi*; inferiores *feminei.*

1. *S. lappula*, foliis cordato-ovatis obtusis: lobis acutis rectis paginâ brevioribus, scapo bifloro foliis brevioribus.

Alisma lappula. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

2. *S. hastata*, foliis lanceolatis acuminatis hastatis: lobis divaricatis patulis paginæ conformibus ac eadem vix brevioribus, scapo dichotomo multifloro foliis brevioribus, pedunculis ternis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Herba bipedalis, facie S. sagittifoliæ. *Lobi foliorum 4-5-pollicares.*

BUTOMEÆ. *Richard.*

BUTOMUS. *Linn. Gen. 201. Juss. Gen. 46.*

1. *B. latifolius*, foliis elliptico-oblongis nervosis longè petiolatis, umbellâ pauciflorâ, spathâ diphyllâ.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. 7.

Planta facie *Sagittariæ*. *Folia* erecta, 4-5 pollices longa, unciam v. sesquiunciam lata. *Petioles* spithamei. *Scapus* foliis longior. *Flores* albi, 9-andri, 6-gyni. *Capsula* compressæ, polyspermæ.

ORCHIDEÆ. *Juss.*, *Swartz.*, *Brown*.

1. **MONANDRIÆ.** *Anthera* lobis discretis, columnæ juxta apicem adnatis. *Pollinis* massæ è lobulis numerosis, elasticâ materiâ cohærentibus in granulis (compositis) ægrè solubilibus. *Herbæ Terrestres*. *Brown*. *Prod. Fl. Nov. Holl.* 1. p. 312.

ORCHIS. *Brown*.

ORCHIDIS Sp. *Auctor*.

Perianthium ringens. *Labellum* basi subtùs calcaratum. *Glandulæ* (1-2) pedicellorum pollinis inclusæ cucullo unico. *Brown in Hort. Kew.* II. 5. p. 188.

1. *O. obcordata*, labello obcordato margine crenato, perianthii foliolis omnibus ovato-lanceolatis acuminatis rectis, calcaribus obtusis ovario curvato ter brevioribus, bracteis ellipticis flore longioribus.

Orchis obcordata. *Hamilton MSS*.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Hamilton, Wallich*.

Caulis 3-uncialis, foliosus. *Folia* elliptica; superioribus acutis; inferioribus apice rotundatis.

2. *O. Chusua*, labello plano trifido: lobis integerrimis rotundatis, perianthii foliolis ovatis obtusis conniventibus, calcaribus rectis obtusis ovarii pedicellati longitudine, bracteis lanceolatis flore brevioribus.

Hab. in regione altissimâ Gosaingsthan diotâ, in jugo Emodi s. Himalayæ Nepaliæ. *Wallich. Choo Swa Nawaricè*.

Caulis 4-8-uncialis, oligophyllus. *Folia* lanceolata acuta; imis obtusis. *Flores* purpurei, sparsi, *Orchidis Morionis*, pedicellati.

3. *O. Hatagirea*, labello subrotundo trilobo: lobis brevibus obtusis; lateralibus deflexis emarginatis, perianthii foliolis ellipticis æqualibus obtusis conniventibus, calcaribus recto ovario brevioribus, bracteis lanceolatis cuspidatis flore longioribus.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. Hatagiree Indigenis*.

Tuber bilobum. *Caulis* palmaris pedalisve erectus, teres.

Folia lanceolata acuta. *Flores* purpurei *Orohidis latifoliæ*.

HABENARIA. *Brown.*HABENARIÆ Sp. *Willd.*ORCHIDIS Sp. *Swartz, Willd.*

Perianthium ringens : *foliis* 3 v. 5 in galeam conniventibus. *Labellum* basi subtùs calcaratum v. subsaccatum. *Anthera* terminalis, loculis adnatis, basibus quandòque solutis elongatis. *Massæ pollinis* pedicellatæ, pedicellis singulis basi glandulæ respondenti nudæ insertis. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl.* 1. p. 312.

Sect. 1. Loculis antherarum basi solutis sæpiùsque elongatis. *Brown l. c.*

* *Labelli laciniis multifidis, calcaribus elongatis, floribus spicatis.*

1. *H. gigantea*, labello tripartito; segmentis lateralibus multifidis; intermedio indiviso lanceolato, perianthii foliolis exterioribus ellipticis acutis latissimis patulis; interioribus linearibus fornicatis, calcaribus 4-pollicaribus, bracteis flore brevioribus.

Orchis gigantea. *Smith, Exot. Bot. t.* 100.

Hab. in Nepaliæ superiorissylvis. *Hamilton.* Floret Septembri.

Caulis bipedalis, foliosus, crassitie calami scriptorii. *Folia caulina*, subadpressa, vaginantia; *radicalia* patula, lanceolata, obtusa, nervosa. *Flores* maximi, candidi.

2. *H. intermedia*, labello tripartito; segmentis lateralibus tenuissimè divisis patulis; medio lineari simplici recto, foliolis perianthii ellipticis acutis falcatis; supremo latiore recto, calcaribus sesquiuncialibus, bracteis flore brevioribus.

Hab. in regione alpinà Gosaingsthan in jugo Himalayæ. *Wallich.*

Planta pedalis, quasi medium inter præcedentem et sequentem tenens. *Folia* elliptica, acuta, nervosa. *Bractea* lanceolata, acuminatæ. *Flores* ferè omninò *H. pectinata*; at triplò majores.

3. *H. pectinata*, labello tripartito; segmentis lateralibus divaricatis pinnatè divisis laciniis capillaccis; medio lineari simplici recto, antheræ loculis basi adnatis anticè appendice subulato incurvo auctis, calcari unciali, bracteis flore longioribus.

Orchis pectinata. *Smith, Exot. Bot. t.* 99.

Hab. in Nepaliæ superioris collibus (*Hamilton*), in Gosaingsthan, *Wallich.*

Caulis palmaris v. sesquipedalis. *Folia* lanceolata, acuminata, 5-nervia, bi v. tripollicaria; omnia patula. *Flores* albi, multò minores. *Perianthii foliola exteriora* ovata, acuta; *interiora* lanceolata, fornicata. *Gymnostemium* anticè bicornutum.

* * *Labello indiviso sive trilobo, calcaribus elongatis, floribus subsolitariis v. spicatis.*

4. *H. triflora*, labello obcordato trilobo; lobis lateralibus latissimis externè rotundatis; intermedio lineari, perianthii foliolis latè ovatis acutis, calcaribus subulatis rectis ovario longioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Caulis pedalis, gracilis, polyphyllus, apice triflorus. *Folia* lanceolata, acuta; omnia patula. *Flores* magni, purpurei.

5. *H. uniflora*, labello maximo suborbiculato, perianthii foliolis ovalibus obtusis, calcaribus ovario ferè duplò longioribus.

Orchis uniflora. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Caulis palmaris, erectus, polyphyllus, uniflorus. *Folia* lanceolata, mucronata. *Flos* terminalis, speciosus, purpureus.

6. *H. geniculata*, labello trilobo; lobis lateralibus semirotundis serratis; medio lineari-oblongo integerrimo, foliolis perianthii 3 exterioribus ovalibus obtusis concavis; interioribus lineari-falcatis brevioribus, calcaribus ovario brevioribus medio geniculatis.

Orchis geniculata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* Floret Septembri.

Bulbus indivisus. *Caulis* teres, glaber, crassitie calami scriptorii, ferè 3-pedalis. *Folia* elliptica, sessilia, vaginantia, acuta, 3-4-pollicaria; *superiora* multò minora, adpressa, squamæformia. *Flores* numerosi, albi, immaculati (*Ham.*) *Calcar* sesquipollicare, apice clavatum.

Sect. 2. Loculis antherarum longitudinalitèr adnatis. *Brown in l. c.*

* * * *Labello trilobo, calcaribus abbreviatis saccatis, floribus spicatis.*

7. *H. goodyeroides*, labello trilobo: lobis integris obtusis subæqualibus, perianthii foliolis exterioribus ovatis acutis; omnibus conniventibus, calcare brevissimo saccato, spicâ elongatâ multiflorâ.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Caulis erectus, sesquipedalis. *Folia* latè elliptica, acuta, 4-5-pollicaria, bipollicem lata, subtùs pallidiora; *vaginis* elongatis, tubulosis, indivisis. *Bractea* lanceolatæ, mucronata, flores excedentes. *Spica* terminalis, solitaria, 4-pollicaris. *Flores* cernui, figurâ et colore *Habenaria albidæ*; at paulò majores.

8. *H. affinis*, labello trilobo; lobis obtusis; intermedio lon-

giore, perianthii foliolis conniventibus ovali-oblongis obtusis, calcare brevissimo saccato, spicâ multiflorâ.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Obs. Præcedenti valdè sit affinis; sed omnibus partibus triplò minor.

SATYRIUM. *Swartz, Brown.*

SATYRII Sp. *Linn.*

Perianthium ringens; *foliola* 5 antica basi connata. *Label- lum* posticum, fornicatum, basi bicalcaratum v. bisaccatum. *Anthera* resupinata. *Stigma* bilabiatum. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 196.*

1. *S. nepalense*, labello cucullato subtùs carinato columnam includente apice obsoletè trilobo; lobo medio revolutò crenulato, calcaribus elongatis subulatis, perianthii foliolis oblongis obtusis patulis; exterioribus 2 obovatis majoribus.

Hab. in regione alpinâ Gosaingsthan Nepalsensium. *Wallich.*

Caulis pedalis v. ultrà, teres, glaber, foliosus. *Folia* elliptica, acuta, 3-4 pollices longa, sesquipollicem lata, nervosa, basi vaginantia. *Flores* magnitudine *Gymnadeniæ conopsea*, purpurei.

DIPLOMERIS.

Perianthium patens: *foliolis* latè ovatis, acutis. *Label- lum* explanatum, obcordatum, trilobum, basi longè calcaratum; lobo medio minimo. *Appendix* duplex, utraque tripartita; *laciniis lateralibus* lineari-falcatis, apice capitatis; *intermediis* rotundatis, brevioribus. *Columna* distincta, linearis, anticè versa, crassior, apice reflexa. *Anthera* duplici cucullo, stigmati apici adnata. *Massæ pollinis* sessiles.

Herba terrestris. *Radix tuberosa?* *Caulis* bi v. triuncialis, triphyllus. *Folia* lineari-lanceolata, acuta. *Flos* majusculus, solitarius, cernuus, roseo-purpureus. *Ovarium* basi squamâ maximâ cucullatâ acuminatâ spathaceum. *Calcar pollicem longum.*

Obs. Nomen derivatum est à διπλοος, duplex, et μερις, pars: ob flores appendice duplici instructos.

1. *D. pulchella.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

II. **MONANDRIÆ.** *Anthera* stigmati parallela, persistens. *Massæ pollinis* v. farinacæ v. è corpusculis angulatis; apicibus stigmati affixæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 197.*

NEOTTIA. *Jacq., Swartz.*

Perianthium ringens; *foliolis* exterioribus anticis labello im-

berbi suppositis; *interioribus* conniventibus. *Columna* aptera. *Pollen* farinaceum. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 198.*

1. *N. macrophylla*, labello ovato acuto indiviso, perianthii foliolis ovali-oblongis obtusis; interioribus labello consimilibus, foliis lanceolatis acutis scapo tetragono brevioribus, spicâ elongatâ confertâ subspirali.

Hab. in Nepalizæ alpihus. *Wallich.*

Radix tuberosa, lanata. *Caules* spithamei. *Flores* parvi, conferti, virentes, *Ophrydis monorchidis.*

2. *N. australis*, spicâ elongatâ convolutâ glanduloso-pubescente, labello cuneato-oblongo barbato recurvato carinato margine erosè crenato, perianthii foliolis inferioribus lanceolatis acutis laxis; superioribus trinis lineari-oblongis obtusis galeam constituentibus, foliis lineari-lanceolatis.

Neottia australis. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 319.*

Spiranthes pudica. *Lindl. Col. Bot. t. 1. 30.*

Hab. in montosis Nepalizæ superioris. *Hamilton, Wallich.*

Caules filiformes, erecti, altitudine variâ, palmares, pedales v. sesquipedales, supernè pubescentes. *Flores* pallidè rosei.

Obs. *Neottizæ* spirali nimis affinis, ut vix pro diversâ specie habet, solummodò differens foliis angustioribus et caule graciliori. Cum exemplis *Neottizæ australis*, è Terrâ Australi, in Herb. Lamb. asservatis, omni modo convenit.

3. *N. monophylla*, labello ovato acuto glabro concavo, perianthii foliolis exterioribus ovatis acutis patulis; interioribus linearibus, spicâ brevi paucillorâ, foliis unicis linearibus mucronatis carinatis.

Hab. in Nepalizæ alpihus. *Wallich.*

Caulis 3-pollicaris, infernè folio unico instructus.

4. *N. plantaginea*, labello cordato basi valdè dilatato concavo apice trilobo; lobo medio lineari-oblongo obtuso; lateralibus dentiformibus, perianthii foliolis exterioribus linearibus obtusis patentibus, spicâ cylindraccâ brevi, laminis foliorum ovato-lanceolatis acutis, scapo ancipiti.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Scapus anceps, infernè foliis pluribus vaginatus, 6-7-pollicaris.

Foliorum laminâ membranaceâ, 4-6-uncias longâ, sesqui v. bipollicem latâ, basi in petiolum latum caulem vaginantem angustatâ. *Spica* $\frac{1}{2}$ v. uncialis, densa, cylindracca. *Flores* parvi, lutei.

GOODYERA. *Brown.*

NEOTTIÆ Sp. *Swartz, Willd.*

Perianthium ringens; *foliolis exterioribus* anticis labello infernè gibboso supernè indiviso suppositis. *Columna*

libera. *Pollen* angulatum. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 197.*

1. *G. procera*, labello ovato concavo barbato apice revoluto, perianthii foliolis conniventibus; exterioribus ovatis acutis; interioribus spathulatis, foliis ellipticis acuminatis petiolatis cauleque glabris.

Neottia procera. Wallich in Litt. Bot. Reg. t. 639.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Caulis sesqui v. bipedalis, polyphyllus, supernè squamis vaginantibus tectus. *Spica* conferta. *Bractea* lanceolata, mucronata, vix flores excedentes. *Flores* parvi, albi, suavi odore gaudentes. *Pollen* granulosum.

LISTERA. *Brown.*

OPHRYDIS Sp. *Auctor.*

Perianthium irregulare. *Labellum* bilobum. *Columna* aperta. *Anthera* basi inserta. *Pollen* farinaceum. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 201.*

1. *L. reniformis*, labello lineari bidentato, perianthii foliolis exterioribus ovali-oblongis; interioribus linearibus obtusis, scapo unifloro tereti, foliis solitariis reniformibus sessilibus.

Hab. in Nepaliæ alpiibus umbrosis. *Wallich.*

Scapus erectus, tripollicaris, simplicissimus, filiformis, glaber, squamis paucis vaginantibus instructus. *Folium* radicale, unicum, reniforme, latum et planum. *Flos* majusculus, solitarius, terminalis, cernuus.

III. *Anthera* terminalis, inserta, persistens. *Massæ pollinis* v. pulveræ v. è corpusculis angulatis, basi v. infra apicem affixæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 201.*

EPIPACTIS. *Brown.*

EPIPACTIDIS Sp. *Swartz, Willd.*

SERAPIADIS Sp. *Linn.*

Labellum infernè ventricosum, supernè v. indivisum v. 3-lobum; lobo medio majore, articulatum connexo. *Pollen* farinaceum. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 201.*

1. *E. consimilis*, foliis inferioribus ovatis amplexicaulibus, floribus pendulis bracteis lanceolatis triplo brevioribus, labello cucullato: laminâ ovatâ acuminatâ integerrimâ perianthii foliolis ovato-oblongis acutis longiore.

Hab. in Gosaingsthan Nepalsium. *Wallich.*

Obs. Magnitudine et facie omninò *Epipactidis latifoliæ*.

ACIANTHUS. *Brown.*

Perianthium subringens; foliolis exterioribus aristatis, lateralibus labello suppositis; interioribus minoribus, situ variis.

Labellum dissimile, foliolis brevius, indivisum, porrectum, basi bicallosum, disco inappendiculato. *Columna* semiteres, apice inauriculato. *Anthera* terminalis, persistens, loculis approximatis. *Massæ pollinis* in singulo loculo quaternæ v. binæ bipartitæ.

Herbæ teneræ, glabellæ. Bulbi indivisi, solitarii, nudi, caudicem descendentem? radiciformem terminantes, novello pedicellato. Caulis unifolius et ipsa basi vaginâ brevi inclusus, suprâ ebracteatus. Folium profundè cordatum, acutum, trinerve, reticulato-venosum, subtùs rufum. Flores racemosi, solitarii, rufi. Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 321.

1. *A. petiolatus*, foliis ovatis petiolatis subtùs viridibus basi rotundatis, scapo triquetro infernè vaginato, spicâ pauciflorâ, labello ovali cuspidato, foliolis perianthii exterioribus æqualibus; 2 interioribus capillaceis longioribus, columnâ decurvatâ.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Scapus 6-uncialis. *Flores* luteo-virentes.

IV. *Anthera* terminalis, mobilis, decidua. *Massæ pollinis* demùm creaceæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 205.*

MALAXIS. *Swartz, Brown.*

Labellum explanatum, indivisum, sessile (sæpiùs posticum.) *Perianthii foliola* 5 angustiora, patula v. deflexa. *Massæ pollinis* 4, parallelæ, apicibus stigmati affixæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 208.*

1. *M. acuminata*, labello plano obcordato, perianthii foliolis exterioribus trinis ovalibus obtusis; interioribus linearibus, pedunculo tereti, foliis ellipticis acuminatis petiolatis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Radix repens, fibrosa. *Caulis* bipollicaris, 4 v. 5-phyllus. *Pedunculus* teres, 3-4-uncialis. *Spica* elongata, tenuiflora. *Flores* parvi, luteo-virentes. *Perianthii foliolum* unicum cæteris latius.

BLETIA. *Ruiz et Pavon.*

CYMBIDII LIMODORI. *Sp. Auctor.*

Labellum sessile, cucullatum; nunc basi calcaratum. *Perianthii foliola* 5, distincta. *Columna* libera. *Massæ pollinis* 8 v. 4, bilobæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 205.*

1. *B. graminifolia*, caule polyphylo, foliis ensatis mucronatis nervosis basi vaginatis, spicâ terminali 5-florâ nudâ, labello maximo cucullato trilobo basi simplici: lobis margine integerrimis crispulatis, perianthii foliolis exterioribus lanceolatis acutis; interioribus duplò latioribus.

Limodorum graminifolium. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* Floret Julio, *Caulis* erectus, sesqui v. bipedalis, teres, striatus, crassitie calami scriptorii aut digiti minoris. *Folia* spithamea v. pedalia, erecto-patula, versus apicem attenuata. *Flores* solitarii, remoti, speciosi, purpurei, magnitudine *Bletia Tankervilleæ.*

2. *B. Masuca*, foliis elliptico-oblongis nervosis petiolatis, scapo foliis longiores dense pubescente, labello trilobo; lobo medio maximo retuso, perianthii foliolis exterioribus elliptico-oblongis acuminatis interioribus duplò brevioribus label- lum æquantibus, calcare subulato ovario longiore.

Zoduba Masuca. *Hamilton. MSS.*

Hab. ad Narainbety Nepalensium. *Hamilton.* Floret Fe-
bruario.

Folia pedalia, 2-4 pollices lata, membranacea, nervosa. *Flores* rosei. *Massæ pollinis* 8, cereaceæ.

3. *B. bicallosa*, scapo tereti squamoso, labello trilobo subun-
guiculato saccato: lobis rotundatis; intermedio maximo
crispato glabro, perianthii foliolis ellipticis mucronulatis;
anticis processu unguiformi adnatis.

Limodorum bicallousum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Scapus sesquipedalis, erectus, teres, (nisi ad basin,) squamis remotis instructus. *Racemus* terminalis, 6-8-florus. *Flores* pallidi. *Labellum* trilobum, ad unguis medium anfrac-
ti-articulatum et saccatum. *Massæ pollinis* 4, parallelæ,
cereaceæ.

Obs. Vix hujus generis est.

4. *B. Dabia*, scapo filiformi stricto, racemo multifloro, labello
cuneato trilobo: lobis rotundatis; intermedio majore inci-
so-lacerato suprâ papilloso-barbato, perianthii foliolis line-
ari-oblongis obtusiusculis, calcaribus rectis ovario triplò
brevioribus.

Limodorum Dabia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Scapus ferè sesquipedalis, filiformis, gracilis. *Flores* magni-
tudine *Orchidis masculæ* purpurei. *Massæ pollinis* 4, cere-
aceæ. *Folia* nondum vidi.

LIMODORUM.

Labellum indivisum, planum, sessile, basi calcaratum. *Pe-
rianthii foliola* subæqualia v. 2 antica plurimùm angus-
tiora. *Columna* aptera. *Anthera* terminalis, mobilis, de-
cidua. *Pollen* farinaceum.

1. *L. roseum*, labello ovato-lanceolato obtuso, perianthii
foliolis angustè linearibus attenuatis, calcaribus ovario

obovato pedicellato duplò brevioribus, bracteis lanceolatis scariosis flore brevioribus.

Hab. in Nepaliâ superiore. *Wallich.*

Caulis erectus, pedalis, facie *Limodori abortivi*, tenuiflorus, squamis scariosis vaginantibus instructus. *Flores* rosei.

GEODORUM. *Jackson, Brown.*

LIMODORI Sp. *Auctor.*

Labellum cucullato-ventricosum (nunc basi calcaratum) sessile, cum columnâ non articulatum. *Perianthii foliola* conformia subsecunda. *Massæ pollinis* 2, posticè lobulo auctæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 207.*

1. *G. pallidum*, scapo folia subæquante, labelli laminâ ovali integerrimâ apice obtusâ levitèr bilobâ, perianthii foliolis ovalibus mucronulatis, bracteis lanceolatis mucronatis flore brevioribus, racemo nutante.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Scapus pedalis. *Folia* elliptico-oblonga. *Flores* pallidi.

OCTOMERIA. *Brown.*

DENDROBII Sp. *Willd.*

Labellum articulatum cum processu unguiformi, cujus lateribus perianthii foliola antica adnata. *Massæ pollinis* 8. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 211.*

1. *O. spicata*, spicâ confertâ multiflorâ axillari pedunculatâ, foliis lanceolatis acuminatis nervosis spicâ triplò longioribus.

Pinalia alba. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.*
Flore Augusto.

Caulis 4-uncialis. *Folia* spithamea. *Spica* bipollicaris. *Flores* albi.

Obs. Omninò cum Octomeriâ characteribus congruit nostra planta; sed diversa est habitu.

ÆRIDES. *Swartz, Brown.*

Labellum calcaratum v. saccatum, insertum apice processu unguiformis, cujus lateribus perianthii foliola antica exteriorum adnata. *Massæ pollinis* 2, posticè bilobæ, processu communi stigmatis medio affixæ. *Brown in l. c. p. 212.*

1. *Æ. spicatum*, foliis lineari-lingulatis recurvis apice truncatis cum mucronulo, spicis basilaribus elongatis multifloris, labello indiviso ovali margine undulato demùm infernè

cornuto, foliis perianthii subrotundo-ovalibus; anticis maximis alæformibus, calcare saccato descendente.

Epidendrum Hippium. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Sucumbu Nepaliæ. *Hamilton, Wallich.* Floret Junio.

Folia palmaria, recurva, basi equitantia. *Massæ pollinis* majusculæ, globosæ, distinctæ, filamento unico ex apice processûs lingulati stigmatis orto adnatæ.

GASTROCHILUS.

Labellum ventricosum-inflatum, sessile, indivisum, apice appendice rotundatâ papilloso-glandulosâ erosè crenatâ auctum. *Perianthii foliola* omnia distincta, subæqualia, patula. *Columna* brevissima. *Massæ pollinis* 2, integræ, sessiles, apici stigmatis adnatæ.

Herba arboribus parasitica. Caudex brevis, radicans, erect. s. *Folia lineari-loratu*, 5-7 pollices longa, 3-5 lineas lata, coriacea, enervia, plana, glabra. *Scapi brevissimi, ex inferiore caudicis ortum ducentes, vix ibidem æquantés, pluri-(3-5)-flori.* Pedunculi patuli, uniflori. Flores facie ferè *Cypripedii at minimi.* Perianthii foliola 5, distincta, obovata, subæqualia. *Labellum valdè ventricosum, foliolis brevius, margine rectum, anticè appendiculatum.*

Obs. Nomen à γάδης, venter, et χαλῶ, labium; id est labium ventricosum.

1. *G. calceolaris.*

Epidendrum calceolare. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.* Floret Febuario.

STELIS. Swartz.

Labellum foliolis interioribus perianthii nanis subfornicatis conforme; 3 exteriora basi connata. *Massæ pollinis* 2. *Brown in l. c. p. 210.*

1. *S. caudata*, caudice repente, foliis solitariis lanceolatis obtusis coriaceis, petiolis articulatis, scapis erectis squamis vaginatis, racemo brevi spicato, floribus hexagonis, foliolis exterioribus perianthii ovatis apice in caudam teretiusculam elongatis; interioribus cum labello ovalibus obtusis.

Hab. supra arbores in Nepaliâ. *Wallich.*

Folia crassa, coriacea, 4-6-pollicaria, unciam lata. *Scapus* foliis multò brevior.

2. *S. mucronata*, foliis pluribus lanceolatis coriaceis mucronatis, spicâ elongatâ subverticillatâ foliis longiore, flori-

bus hexagonis, foliis perianthii exterioribus ovalibus obtusis; interioribus cum labello ovatis acutis serrulatis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Folia 4-6-pollicaria, ferè unciam lata. *Scapus* triuncialis. *Spica* 4-pollicaris.

PTILOCNEMA.

Labellum latum, cucullatum, columnam liberam breviorum circumambiens. *Perianthii foliola* distincta, conniventia, ovalia, obtusa; *interiora* 2, linearia, labello breviora. *Massæ pollinis* 2.

Herba arboribus parasitica. *Folia lanceolata, acuta, coriacea, spithamea, sesqui v. bipollicem lata, costata, basi attenuata.* *Scapus teres, 4-7-pollicaris, foliis abortivis spathaceus.* *Spica 5-uncialis, undique bracteis latis rotundatis flore brevioribus imbricata.* *Flores albi, in axillis bractearum solitarii.*

Obs. 1. A *Stelidi* differt labello lato cucullato.

Obs. 2. Nomen derivatum est à πτίλον, *pluma*, et κνήμη, *pedunculus*; quasi pedunculus plumæformis, à figurâ spicæ.

1. *P. bracteatum.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich.*

PLEUROTHALLIS. *Brown.*

Labellum articulatum connexum cum basi simplici vel brevissimè productâ columnæ. *Perianthii foliola* 2 antica exteriorum infernè connata. *Massæ pollinis* 2, exsulcæ. *Brown in Hort. Kew. II. 5. p. 211.*

1. *P. purpurea*, perianthii foliis exterioribus ovatis mucronatis; interioribus plurimùm minoribus aristatis, labello hastato; lobis lateralibus incurvis falcatis; intermedio crasso teretiuseculo obtuso.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Folia oblonga, obtusa, coriacea, nervosa. *Scapus* simplex, squamis latissimis vaginatis, foliis brevior. *Spica* multiflora, *Bracteæ* floribus vix breviores. *Flores* purpurei. *Foliola perianthii* 3 exteriora latè ovata; 2 antica cum ungui labelli connata; 2 interiora plurimùm minoribus, pallida, aristata. *Labellum* hastatum, foliolis brevius. *Columna* apice appendiculata.

DENDROBIUM. *Swartz, Brown.*

Labellum ecalcaratum, articulatum cum apice processû unguiformis, cujus lateribus perianthii foliola antica adnata,

calcar æmulantia. *Massæ pollinis* 4, parallelæ. *Brown in l. c. p. 212.*

1. *D. demissum*, caulibus cæspitosis, foliis lanceolatis acutis, racemis lateralibus pedunculatis paucifloris, labello linguato plano obtuso integerrimo, perianthii foliolis exterioribus lanceolatis acutis basi obsolete saccatis; interioribus labello conformibus, columnâ cuneatâ.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Flores parvi, pallidè rosei. *Bracteæ* ovals, obtusæ, pedicellis breviores.

2. *D. floribundum*, surculis oligophyllis, foliis linearibus nervosis tenuissimè serrulatis, scapo erecto squamoso multifloro, labello ovali planiusculo obtuso barbato erosè serrulato, perianthii foliolis exterioribus lingulatis obtusis planis basi longiùs productis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Scapi 6-unciales v. pedales, surculos foliiferos excedentes. *Flores* rosei. *Labellum* planiusculum, suprâ flavum, reticulatum, barbatum. *Perianthii foliola* interiora ovali-oblonga.

3. *D. moschatum*, caule adscendente polyphylo, foliis elliptico-oblongis obtusis, labello maximo cucullato dilatato apice subbilobo, perianthii foliolis exterioribus lanceolatis mucronulatis dorso carinato-alatis basi longè productis; interioribus latissimis planis.

Dendrobium moschatum. *Wallich in Litt.*

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Caulis palmaris pedalisve aut ultrâ, crassus, articulatus. *Flores* axillares, solitarii v. gemini, rosei, speciosissimi, fragrantés. *Labellum* purpureum.

4. *D. denudans*, caulibus erectis, foliis lanceolatis caducis: vaginis amplis membranaceis indivisis, racemis dorsalibus multifloris, labello cordato acuto inciso-serrato apice recurvato suprâ bilamellosa, perianthii foliolis lanceolatis acuminatis basi longiùs productis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Caules erecti, 4-6-unciales. *Racemi* solitarii, tenuiflori, spicati, pedunculosi, è dorsali basi vaginarum ortum ducentes. *Flores* albi. *Foliola perianthii* 3 exteriora, lanceolata, acuminata, æqualia; interiora angustiora atque breviora.

5. *D. parviflorum*, surculis brevibus oligophyllis, foliis lanceolatis acutis, racemo spicato multifloro, labello oblongo obtuso concavo crenulato, perianthii foliolis lanceolatis subæqualibus basi vix saccatis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Caulis pollicaris. *Folia* sesquipollicaria. *Racemus* pedunculatus, sesqui v. bipollicaris. *Flores* parvi, ochroleuci. *Bractea* lanceolatae pedicellis rectis breviores.

6. *D. pusillum*, surculis brevissimis oligophyllis, foliis lineariblongis emarginatis, racemo 5-floro, labello ovato concavo inciso-serrato intus cristato apice mucronulato undulato, perianthii foliolis exterioribus lanceolatis acuminatis basi longius saccatis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalesium. *Wallich.*

Planta pusilla. *Surculi* crassi, ovales, vix $\frac{1}{2}$ -unciales. *Folia* pollicaria, coriacea. *Pedunculus* teres, vix uncialis. *Flores* majusculi, pallidè rosei.

CYMBIDIUM. *Brown.*

CYMBIDIUM Sp. *Swartz.*

Labellum ecalcaratum, concavum, cum basi (simplici nec productâ) columnæ articulatum. *Perianthii foliola* patentia, distincta. *Massæ pollinis* 2, posticè bilobæ. *Brown* in l. c. p. 213.

1. *C. strictum*, scapo cylindræo nitido, racemo brevi cernuo e thecâ imbricatâ ortum ducente, labello lato concavo trilobo suprâ bicarinato-barbato: lobis erosè serratis; intermedio maximo orbiculari, perianthii foliolis exterioribus ovato-lanceolatis; interioribus 2 linearibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

2. *C. nitidum*, scapo erecto filiformi nitidissimo, foliis lanceolatis mucronatis, racemo nutante paucifloro, labello concavo trilobo suprâ lævi sulco lato exarato; lobo intermedio maximo rotundato-ovato integerrimo, perianthii foliolis omnibus oblongis obtusis æqualibus.

Cymbidium nitidum. *Wallich* in *Litt.*

Hab. in Bengalæ orientalis regione montoso Sylhet dicto. *Smith.*

Flores majores, rosæ. *Labellum* maculâ latâ croceâ suprâ notatum.

3. *C. speciosissimum*, foliis lanceolatis acuminatis, racemo multifloro, floribus pendulis squamâ maximâ spathaceis, labello latissimo suprâ barbato atque lamelloso-cristato trilobo: lobis integerrimis; intermedio subrotundo-cordato, perianthii foliolis exterioribus acutis; interioribus obtusis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Racemus palmaris, flexuosus, basi squamis numerosis imbricatis spathaceis. *Pedunculi* solitarii, remoti, squamâ maximâ lanceolatâ coriaceâ spathacci. *Flores* remoti,

penduli, purpurei, speciosissimi. *Perianthii foliola* lata; *exteriora* ovato-lanceolata, acuta; *interiora* ovali-oblonga, obtusa.

4. *C. appendiculatum*, labello infernè lineari unguiculato: laminâ tripartitâ suprâ processu tereti auctâ: lobis laterali-
libus linearibus falcatis; intermedio latissimo, perianthii
foliolis lineari-lanceolatis unguiculatis falcatis, foliis ellip-
tico-oblongis nervosis, spicâ secundâ.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Planta acaulis. *Radix* bulbosa, fibris crassis. *Scapus*
angulosus, foliis brevior. *Folia* elliptico-oblonga, acumi-
nata, petiolata, nervosa, {6-8 uncias longa, sesqui v. bipol-
licem lata. *Spica* secunda, multiflora, folia excedens.
Flores magni, albi.

5. *C. iridioides*, foliis lineari-ensatis mucronatis, racemo
elongato, labello latissimo trilobo recurvato suprâ bila-
melloso-cristato; lobo intermedio maximo ovato undulato
mucronulato, perianthii foliolis omnibus æqualibus lanceo-
latis acutis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Folia lineari-ensiformia, nervosa, pedalia. *Scapus* spitha-
meus, squamis lanceolatis imbricatè vaginantibus tectus.
Racemus pedalis, multiflorus. *Flores* alterni, remoti,
magni, albi, penduli.

6. *C. longifolium*, foliis lineari-ensatis costatis, racemo elon-
gato, labello cuneato-oblongo trifido; lobo intermedio ob-
cordato suprâ glabro bicarinato, perianthii foliolis omnibus
lanceolatis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Folia bi v. tripedalia. *Scapus* pedalis, squamis lanceolatis
imbricatè vaginantibus tectus. *Racemus* pedalis, erectus.
Flores remotè alterni, magni, albi, penduli.

Obs. Præcedenti affinis.

7. *C. ixrioides*, foliis lineari-lanceolatis mucronatis carinatis,
scapo filiformi nudo unifloro, labello trilobo suprâ barbato:
lobis ovalibus obtusis; intermedio obcordato, perianthii
foliolis ellipticis acutis patulis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Bulbus subrotundo-ovatus. *Scapus* erectus, filiformis, gra-
cilis, nudus, 3-4-uncialis, uniflorus. *Folia* recurvata, bi v.
tripollicaria. *Flos* magnus, purpureus. *Ovarium* basi
valdè attenuatum, squamâ spathaceum.

PLEIONE.

EPIDENDRI Sp. *Smith.*

Labellum indivisum, latum, concavum, disco cristatum,
margine fimbriatum: basi simplici, liberâ. *Columna* elon-

gata, libera, infernè attenuata, marginibus conniventibus labelli umbrata. *Perianthii foliola* 5, distincta, conformia. *Massæ pollinis* 2, cereaceæ, septo completo.

Herbæ parasitica, bulbosa. Scapi nani, squamosi, uniflori. Flores magni, speciosi.

Obs. Nomen Pleonis poeticum.

1. *P. præcox*, bulbis subrotundis, labello lineis 5 cristato foliolisque perianthii concolori.

Epidendrum præcox. Sm. *Exot. Bot. t. 97.*

Hab. inter muscos ad truncos arborum, et ad rupes in Nepaliâ superiore. *Hamilton.* Caybu swa *Nawaricè.*

Folia elliptico-oblonga, acuta, nervosa. *Flores* omninò pallidè purpurei.

2. *P. humilis*, bulbis ovatis, foliis perianthii striatis, labello discolori suprâ lineis 9 cristato maculoso.

Epidendrum humile. Sm. *Exot. Bot. t. 98.*

Hab. in Nepaliâ superiore, inter muscos ad truncos arborum. *Hamilton.*

Flores majores, pallidi, roseo striati. *Labellum* extûs roseo maculosum, disco aurcum et croceo maculosum, margine crebrè fimbriatum.

EPIDENDRUM. Swartz. Brown.

Columna cum ungue labelli longitudinalitèr connata in tubum (quandoquè decurrentem ovarium.) *Massæ pollinis* 4, parallelæ, septis completis persistentibus distinctæ, basi filo granuloso elastico auctæ. *Brown in l. c. p. 217.*

1. *E. usneoides*, cæspitosum; foliis numerosis lineari-loratis obtusis plano-convexis, pedunculis radicalibus hirsutis foliis brevioribus, racemis spicatis multifloris, labello bilobo subtùs carinato suprâ cristato, foliis perianthii æqualibus ovalibus.

Folia sæpè spithamea, siccitate tortuosa, facie atque colore quadam species *Usneæ* v. *Parmeliæ* æmulantia. *Flores* rosei.

Obs. Facie *E. Fasciolæ* Forst.

V. DIANDRIÆ.

CYPRIPEDIUM. Swartz.

CYPRIPEDII Sp. Linn.

Labellum ventricosum, inflatum (nunc saccatum.) *Columna* posticè terminata lobo petaloideo (stamine sterili) antheras distinguente. *Perianthii foliola* 2 antica sæpiùs connata. *Brown in l. c. p. 220.*

1. *C. cordigerum*, polyphyllum; appendice cordatâ obtusâ, labello perianthii foliolis acutis longiore: ore integerrimo coarctato.

Hab. in Gosaingsthan Nepaliæ. *Wallich.* Floret Augusto.
Moscha Indigenis.

Planta facie *C. calceoli*. *Caules* erecti, poly (4-6)-phylli, villosi. *Folia* ovata v. elliptica, acuta, membranacea, plicato-nervosa, 3-5-pollicaria, 1½ v. 2 uncias lata, utrinque pubescentia, margine tenuissimè ciliata, basi caulem paulò vaginantia. *Flos* terminalis, solitarius, nutans, magnitudine *C. calceoli*, folio supremo caulis vaginatus. *Perianthii foliolis* purpureis acutis; *lateralibus* lanceolatis; *infimo* oblongo-ovato; *supremo* omnibus latiore ovali. *Labellum* amplum, ventricosum-inflatum, ochroleucum, foliolis longius, venis violaceis notatum: *ore* contracto, integerrimo, margine paulò involuto. *Ovarium* tereti-clavatum villosum. *Coronæ* triloba: *lobis* ancipiti-compressis, decurvatis; *lateralibus* antheriferis; *intermedio* longiore, stigma latum peltatum ovale ferente. *Appendix* cordato-ovalis obtusa, basi stipitata ac cordata.

CYPERACEÆ. *Decand. Brown.*

CYPERUS. *Linn.*

Spicula disticha, multiflora: *squamis* carinatis, omnibus floriferis, æqualibus, (nunc 1-2 infimis minoribus vacuis.) *Setæ* nullæ, hypogynæ. *Stylus* cum ovario inarticulatus, deciduus.

Culmi simplices, *enodes*, *basi foliati* v. *vaginati*. *Inflorescentia* terminalis, involucreta, simplex—supradecomposita. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 212.*

* *Inflorescentiâ umbellatâ, radiis elongatis paucis.*

1. *C. setifolius*, umbellâ 4-6-radiatâ, spiculis linearibus squarrosis, glumis ovalibus obtusis: carinâ in acumen recurvatum productâ, involucris sub5-phyllis umbellâ ter longioribus foliisque setaccis apice scabris, culmo semitereti.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Radix fibrosa. *Culmi* plures, cæspitosi, erecti, plano-convexi, bipollicares, graciles. *Folia* setacea, canaliculata, culmis longiora, basi dilatata, versus apicem scabra. *Umbella* 3-4 v. sæpè 5, rarò 6-radiata: *radiis* longiùs pedunculosis, inæqualibus. *Spiculæ* lineares. *Glumæ* ovals, obtusæ, scariosæ: *carina* in acumen longiusculum recurvatum infra apicem glumæ ipsius producta.

2. *C. pulcher*, umbellâ 5-radiatâ, spiculis linearibus, glumis ovalibus obtusis striatis lævibus, involucris subpentaphyllis

umbellâ longioribus foliisque linearibus carinatis margine revolutis asperis, culmo triquetro lævi.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Radix fibrosa. *Culmus* triqueter, spithameus, foliis longior. *Pedunculi* elongati. *Spiculæ* 6, approximatae, pinnatim digestae, semi-pollicem longae, flavescentes.

3. *C. trisulcus*, umbellâ 5-radiatâ involucro plurimum brevior, spiculis ovali-oblongis obtusis confertis, glumis oblongis obtusis adpressis margine repando-crispulis, foliis linearibus margine scabris culmo trisulco brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

* * *Inflorescentiâ paniculatâ.*

4. *C. paniculatus*, paniculâ terminali coarctatâ bracteis foliaceis duplò brevior, spiculis lineari-subulatis alternis sessilibus, glumis ellipticis acuminatis rachique pilosis, foliis latè linearibus cuspidatis margine scabris culmo triquetro duplò longioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Radix repens, lignosa. *Culmus* bi v. tripedalis, infernè decumbens, radicans.

* * * *Inflorescentiâ racemosâ laterali.*

5. *C. caricinus*, racemis lateralibus simplicibus, spiculis linearibus tenuifloris remotè alternis, bracteis lineari-setaceis rachique scabris spiculas superantibus, glumis ellipticis mucronatis scabris arillâ vix longioribus, foliis latè linearibus culmo triquetro longioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Facie C. spathacei. *Culmus* pedalis v. sesquipedalis.

ISOLEPIS. *Brown.*

SCIRPI Sp. *Linn.*

Squamæ undiquè imbricatæ, conformes, omnes floriferæ, paucissimæve exteriorum vacuæ. *Setæ* nullæ hypogynæ.

Stylus cum ovario inarticulatus, basi simplici, deciduus.

Brown l. c. p. 221.

Obs. *Habitus* Scirpi, a quo differt defectu setarum hypogynarum. *Br. l. c.*

* *Spicæ laterales, aggregatæ rarò solitariae.*

1. *I. capillaris*, culmis basi diphyllis vaginatis foliisque setaceis striatis, vaginis apice barbatis, spiculis ternis oblongis, glumis ovatis mucronulatis: carinâ scabrâ, nucibus triquetris lævibus.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ○.

Radix fibrosa, capillacea. *Culmi* tenuissimi, setacei, bi v. tripollicares, sulcati. *Spiculæ* apice culmi breviores.

Obs. Species ab *I. barbata* *Br.* diversa videtur.

2. *I. tenuissima*, umbellâ patulâ subcompositâ, spiculis ovatis, glumis ovatis acutis carinâ lævibus, culmis foliisque capillaceis striatis sulcatis, vaginis ore villis longis laxè barbatis, nucibus triquetris.

Scirpus densus. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 231.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Radix cæspitosa, fibrosa. *Culmi* tenuissimi, capillares; spithamei, stricti, sulcati, basi polyphylli, vaginati. *Folia* setacea, culmo ter breviora. *Umbella* patula, subcomposita. *Pedunculi* elongati, simplices s. divisi. *Spiculæ* ovatæ. *Glumæ* ovatæ, concavæ, acutæ, rufæ: *carinâ* lævi, viridi. *Flosculi* 3-andri. *Stigma* triplex. *Nuces* trigonæ.

SCIRPUS. *Brown.*

SCIRPI Sp. *Linn.*

Squamæ undiquè imbricatæ, conformes, omnes floriferæ, paucissimæve exteriorum vacuæ. *Setæ* hypogynæ, squamis breviores. *Stylus* cum ovario inarticulatus, basi simplici deciduus v. basi mucroniformi remanenti. *Brown l. c.* p. 223.

1. *S. quadrangulus*, culmo tetragono infernè vaginato, umbellâ compositâ proliferâ involuero pentaphyllo breviora, spiculis ovatis paucifloris, glumis ovatis mucronulatis, stigmatate triplici, foliis canaliculatis carinatis margine superiore scabris.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Radix perennis, repens? *Culmus* strictus, tetragonus, ferè sesquipedalis, glaber, basi foliis paucis (2-3) vaginatus. *Folia* linearia, erecta, canaliculata, culmis sæpè longiora, subtùs carinata, infernè lævia, versus apicem denticulis scabra. *Umbella* composita, prolifera, *Junco acutifloro* non paulò formâ similis. *Spiculæ* parvæ, ovatæ, spadiceæ. *Glumæ* ovatæ, concavæ, mucronulatæ.

2. *S. elongatus*, umbellâ compositâ proliferâ, involuero polyphylo umbellâ ter longiore, spiculis oblongis teretibus, glumis ovato-lanceolatis mucronatis glabris, setis hypogynis numerosis nudis, foliis linearibus planis carinatis culmo tereti longioribus margine carinâque denticulato-scabris.

Scirpus elongatus. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Novembri,

Radix cæspitosa. *Culmi* erecti, teretes, aphylli, spithamei aut ultra, filiformes, striati, glabri. *Folia* angustè linearia, stricta, culmis longiora, glaucescentia, suprâ canaliculata, subtùs sulcata, margine denticulis scabra. *Umbella* composita, prolifera, laxa. *Involucrum* polyphyllum, lineare, foliis omninò simile, umbellâ triplò longius. *Pedunculi* elongati, inæquales, teretes, sulcati. *Pedicelli* communes ac *partiales* inæquales, sulcati, glabri. *Spiculæ* oblongæ, cylindraceæ: *squamis* lanceolatis, mucronatis, ferrugineis.

3. *S. muticus*, culmo acutè triquetro aphyлло apice obtuso suprâ canaliculato, spiculis lateralibus sessilibus glomeratis ovalibus, glumis latè rotundatis mucronulatis cymbiformibus, setis hypogynis 5 retrorsùm denticulatis, stylis trifidis plumosis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Culmus bipedalis, crassitie calami scriptorii, triqueter, apice obtusus, suprâ canaliculatus. *Glumæ* coriaceæ, margine integræ.

Obs. *S. mucronatus* discrepat: spiculis oblongis, glumis mucronatis margine scariosis magis ferrugineis, culmo tenuiore apice acuto. *A. S.* triquetro etiamque omninò diversa est.

ELEOCHARIS. *Brown.*

SCIRPI Sp. *Linn. Vahl.*

Squamæ undiquè imbricatæ, conformes, vix ullæ steriles. *Setæ* hypogynæ (4-12) denticulatæ, rarò nullæ. *Stylus* 2-3-fidus, basi dilatatâ cum ovario articulatâ. *Nux* sæpiùs lenticularis, basi dilatatâ induratâ styli coronata.

Plantæ *paludosæ* (unde nomen). *Culmi* *simplices*, *aphylli*, *basi vaginati*. *Spica unica*, *terminalis*, *erecta*, *nuda*. *Brown* l. c. p. 224.

1. *E. congesta*, aphylla; spicis ellipticis, glumis ovalibus obtusissimis scariosis, setis hypogynis 6 denticulatis, stigmatate triplici, culmis cæspitosis teretibus sulcatis.

Scirpus congestus. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Radix perennis, fibrosa. *Culmi* congesto-cæspitosi, assurgentes, 3-5-pollicares, filiformes, teretes, sulcati, glabri. *Spica* elliptica v. ovalis. *Glumæ* latæ, obtusissimæ, atrofusæ, margine albæ, scariosæ.

Obs. Facie *E. ovata*.

FIMBRISTYLIS. *Vahl.*

Squamæ paleaceæ, undiquè imbricatæ, vix ullæ steriles. *Stylus* compressus, cum ovario articulatus, deciduus,

sæpius ciliatus basi que bulbosâ. *Stigmata* 2, rarò 3.
Setæ nullæ hypogynæ.

Culmi enodes, basi foliati v. vaginati. Folia angusta, sæpe canaliculata marginibusque denticulatis. Spicæ solitariæ v. umbellatæ. Involucro structurâ foliorum, nunc scarioso, abbreviato. Brown l. c. p. 225.

1. *F. diphylla*, umbellâ compositâ proliferâ, spiculis ovatis, glumis latè ovalibus retusis concavis nudis, stylis bifidis plumosis, culmo 4-angulo sulcato, foliis bracteisque planis villosis margine serrulatis.

Umbristylis diphylla. Vahl. Enum. p. 249.

Scirpus diphyllus. Willd. Sp. Pl. 1. p. 301. Roxb. Fl. Ind. 1. p. 230.

Hab. ad Bassaria pagum Nepaliæ superioris. Hamilton. ♀.
Floret Martio.

Radix cæspitosa, fibrosa. *Culmi* erecti, aphylli, 4-anguli, sulcati, glabri, spithamei v. pedales. *Folia* numerosa, latè linearia, plana, glauco-viridia, striata, utrinque villis sparsis longis instructa, margine serrulata, culmis breviora. *Umbella* composita, prolifera, bracteis linearibus obtusis planis ciliatis suffulta. *Spiculæ* magnitudine ferè *S. glauci*. *Glumæ* latè ovals, appressæ, rufæ, nitidæ; *extimis* mucronulatis; *interioribus* retusis.

CAREX. Linn. Gen. 420. Juss. Gen. 26.

* *Spicâ compositâ androgynâ.*

1. *C. nubigena*, digyna; spiculis subnovenis ovatis confertis, arillis ovatis striatis rostratis bifidis margine denticulato-scabris, glumis ovatis acuminatis, culmo striato rudo infernè tereti, foliis involutis. Don in Linn. Trans. 14. ined.

Hab. in summis alpihus Nepaliæ. Wallich. ♀.

2. *C. foliosa*, digyna; spicâ elongatâ, spiculis ovato-oblongis adpressis; inferioribus subremotis, arillis ellipticis rostratis bifidis margine lævibus, glumis ovatis aristatis, culmo acutè triquetro scabro, foliis planis. Don in l. c.

Hab. in Nepaliæ alpihus. Wallich. ♀.

* * *Spicis distinctis apice masculis.*

3. *C. flexilis*, digyna; vaginis elongatis pedunculo brevioribus, spicis filiformibus cernuis apice masculis, glumis ellipticis acutis, arillis ovatis striatis pilosis rostratis. Don in l. c.

Hab. in Nepaliæ alpihus. Wallich. ♀.

4. *C. macrolepis*, digyna; vaginis elongatis pedunculo brevioribus, spicis strictis cylindraccis apice masculis, glumis

lanceolatis longè cuspidatis, arillis ovatis rostratis scaberimis costatis apice bipartitis. *Don in l. c.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. Wallich. ʒ.

5. *C. longipes*, digyna; vaginis elongatis pedunculo 4-plò brevioribus, spicis cylindraccis erectis apice masculis, glumis ellipticis aristatis, arillis ovatis costatis glabris rostratis. *Don in l. c.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. Wallich. ʒ.

6. *C. setigera*, trigyna; vaginis elongatis sulcatis, spicis cylindraccis strictis apice masculis; terminalibus omninò masculis, glumis latè ellipticis aristatis, arillis ovalibus triquetris rostratis scabris. *Don in l. c.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. Wallich. ʒ.

* * * *Spicis sexu distinctis; masculis subsolitariis.*

7. *C. chlorostachys*, trigyna; vaginis nullis, spicis foemineis cylindraccis erectis pedunculatis; masculis solitariis, glumis ovato-lanceolatis acuminatis apice scabris, arillis ventricosis costatis apice rostratis bifurcis glumâ longioribus. *Don in l. c.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. Wallich. ʒ.

8. *C. lenticularis*, digyna; vaginis nullis, spicis foemineis filiformibus pedunculatis patulis; masculis solitariis pedunculatis, glumis cuneatis: acumine longo spinuloso, arillis euneato-orbiculatis papilloso-micantibus compressis marginatis. *Don in l. c.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. ʒ.

9. *C. alopecuroides*, trigyna; vaginis nullis, spicis foemineis erectis cylindraccis subsessilibus; masculis solitariis, glumis ellipticis acuminatis supernè scabris, arillis lanceolatis compressis lævibus apice truncatis emarginatis. *Don in l. c.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. Wallich. ʒ.

JUNCEÆ. *Decandolle.*

JUNCORUM *Pars. Juss.*

JUNCUS. *Mich. Adans. Decand.*

Perianthium 6-partitum, glutaceum, bibracteatum. *Stamina* 6 v. 3. *Stylus* brevis. *Stigmata* 3. *Capsula* 3-foenularis, (rarò subunilocularis) 3-valvis, polysperma.

Folia glabra, cylindracea v. carinata, nunc plana adversa,

quandoquè planè compressa verticalia. Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 258.

1. *J. concinnus*, culmo tereti oligophyllo striato, foliis teretibus articulatus, fasciculo terminali multifloro, involucri polyphyllo brevi scarioso, perianthii foliolis lanceolatis obtusis coloratis, capsulâ triquetrà stylo elongato coronatâ.
Hab. in regione alpinâ Gosaingsthan, in jugo Himalayæ Nepalizæ. *Wallich.* ♀.
Culmus erectus, palmaris. *Flores* glomerati, majusculi, lutescentes.

BURMANNIA. *Linn. Gen.* 139. *Juss. Gen.* 50.

1. *B. distachya*, spicâ geminâ, bracteis oppositifloris, foliis radicalibus ensiformibus. *Brown l. c.* p. 265.
Burmanna distachya. *Linn.*
Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀. *Pheutoo* Swa vulgò nominatur.
Caules palmares v. sesquipedales.
2. *B. caelestis*, caule filiformi subtrifloro, alis oblongis apice rotundatis, foliis radicalibus lanceolatis brevissimis cuspidatis.
Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.
Caules palmares v. spithamei, gracillimi, filiformes, erecti, nudiusculi. *Flores* intensè azurei.
Obs. In omnibus triplò minor est *B. biflora*, cui etiamque caulis biflorus, et alæ perianthii productæ patulæ.

COMMELINEÆ. *Brown.*

COMMELINA. *Brown.*

COMMELINÆ Sp. *Linn. Juss.*

Pertanthium sexpartitum, inæquale; *foliola* 3 exteriora extûs calycina, persistentia; *interiora* petaloidea, unguiculata, decidua, tertio quandòque dissimili v. abortiente. *Stamina* 6 (v. 5). *Antherarum* 3, (nunc 2-4) dissimiles; vix polliniferæ. *Involucrum* monophyllum, conduplicatum v. cucullatum, persistens, capsulas includens.

Herbæ sæpè diffusæ. *Folia* vaginâ integrâ. *Pedunculus* apice fasciculatim multiflorus, floribus hermaphroditis, altero exteriori unifloro masculino, sæpiùs stipatus. *Brown l. c.* p. 268.

1. *C. obliqua*, corollis inæqualibus, foliis lanceolatis acuminatis inæquilateris: vaginis orâ ciliatâ, floribus terminalibus, caule erecto.

Commelina obliqua. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. ♀.*

Vaginæ ampliatae, unciam v. ultrâ longæ. *Involucrum* cucullatum, multiflorum. *Flores* vix oras integerrimas involucri excedentes.

- C. longifolia Michauxii*, cui nostra sit maximè affinis, distinguitur: foliis lanceolatis acutis nec acuminatis: lateribus æqualibus, vaginis minùs dilatatis.

ANEILEMA. *Brown.*

COMMELINÆ Sp. *Linn., Juss.*

Perianthium 6-partitum, inæquale; *foliola* 3 exteriora calycina, persistentia; interiora petaloidea, decidua. *Stamina* 6. *Antheræ* 3, (v. 2-4) dissimiles, vix polliniferæ. *Involucrum* nullum.

Herbæ diffusa v. erecta. *Foliorum vaginæ integræ*. *Inflorescentia vaga subpaniculata*. *Brown l. c. p. 270.*

1. *A. hispida*, floribus densè paniculatis, pedunculis racemosis perianthiisque hirsutissimis, foliis lanceolatis acuminatis asperis: vaginis orâ ciliatâ, caule assurgente lævi basi radicante.

Commelina hispida. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. ♀.*

Foliola exteriora perianthii ovata, acutiuscula; interiora subæqualia. *Capsularum* latera carinata. *Stylus* gracilis, simplex, perianthium longè superans. *Flores* parvi, cyanei.

2. *A. radicans*, pedunculis quinquefloris, perianthiis glabris; foliolis exterioribus ovali-oblongis obtusis, foliis linearibus acutis: vaginis villosis, caule procumbente radicante.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. ♀.*

Caules spithamei v. pedales, ramosi, procumbentes et radicantes. *Rami floriferi* assurgentes. *Capsula* nitidissima: *valvis* non carinatis.

CYANOTIS.

TRADESCANTIÆ Sp. *Linn.*

Perianthium duplici serie sexpartitum; serie exteriorè calycinâ, persistente, minore; interiorè tenerâ, coloratâ, æquali, corollam æmulante, citè deciduâ: laciniis unguibus connatis. *Stamina* 6, homogenea, antherifera: filamenta laxè lanata. *Stylus* superne dilatatus ac barbatus. *Stigma* tubulosum. *Semini* collateralium altero erecto, altero pendulo: umbilico basilari. *Embryo* in extremitate op-

positâ. (*Brown.*) *Involucrum* diphyllum, florem solitarium v. geminum includens.

Herbæ *annua diffusæ*. Folia *vaginâ integrâ*. Pedunculi pauci (3-4) *axillares*. Flores *omnes hermaphroditi, parvi, intensè cyanei, singulo involucro singuli*.

Obs. Genus, ad quod, præter sequentem novam aliasque adhuc ineditas, pertinent *Tradescentia cristata* et *axillaris Linn.* (monente D. Brown in l. c.) a *Tradescantiâ* separavi, ob seminum dispositionem et structuram; nec non ungues petalorum connatos. Nomen quod petalis azureis refert, ἀζύριος, *azureus*; et οὖρις, ὠτρίς, *auris*.

1. *C. barbata*, foliis linearibus acutis subtùs villosulis: vaginis contractis, involucris distinctis ovato-oblongis lunatis acutis unifloris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀

Radix fibrosa. *Caules* plures, procumbentes, ramosi, angulati, uno lateri longitudinalitèr villosi, ad geniculos densè barbati. *Folia* linearia, acuta, subtùs villosula: *vaginis* angustis, 3 lineas longis, extùs villosis. *Involucra* diphylla ovato-oblonga, acuta, lunata, florem sessilem solitarium parvum includentia. *Perianthium* 6-partitum; *foliolis exterioribus* calycinis, fuscis, membranaceis, extùs villosis, ovali-oblongis, acutis, æqualibus; *interioribus* petaloideis, ovalibus, obtusis, cyaneis, basi connatis, æqualibus, exterioribus latioribus. *Stamina* 6, fertilia, antherifera: *filamenta* gracilia, æqualia, villis tortuosis articulatis pallidè cæruleis densè barbata, infernè nuda. *Stylus* rectus, staminibus brevior, supernè dilatatus ac barbatus. *Stigma* simplex, tubulosum.

Obs. *Cyanotis cristata* differt involucris bifloris multò latioribus in serie multiplici curvatâ imbricatis mucronulatis, vaginis foliorum brevioribus dilatatis.

ASPARAGÆÆ. *Juss., Kunth.*

SMILACÆÆ ET ASPHODELEARUM Pars. *Brown.*

CONVALLARIA.

CONVALLARIÆ Sp. *Linn., Juss.*

POLYGONATUM. *Desf.*

Perianthium 6-fidum, tubulosum v. globosum. *Stamina* tubo inserta. *Stylus* 1. *Stigma* 3-gonum. *Bacca* globosa, 3-locularis, dùm maturescens, maculosa: *loculis* mono-spermis.

Herbæ *glaberrimæ, lucidæ*. Folia *alterna, sessilia, rarò opposita aut verticillata*; inferiora sæpius basi *vaginata*. Flores *axillares, solitarii v. plures*.

1. *C. oppositifolia*, foliis suboppositis ellipticis obtusis petiolatis, pedunculis subternis brevibus erectis bifloris, perianthiis ovalibus: ore contracto 6-dentato.

Convallaria oppositifolia. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 380. (cum tab.)

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀. Floret Martio. Kattia Sekuria in linguâ *Khasianâ*.

Caules erecti, teretes, palmares. *Flores* albo-virentes. *Folia* sesqui v. bipollicem longa, semi v. ferè unciam lata.

Obs. C. Polygonato habitu omninò similis.

2. *C. leptophylla*, foliis quaternis longissimis linearibus attenuatis, pedunculis elongatis subquaternis bifloris pendulis:

Convallaria verticillata. Wallich in *Litt.*

Hab. in Siringur. Kamroop. ♀. Karkur incolis.

Caules bi v. tripedales, teretes, glabri. *Folia* 5-6-pollicaria. *Pedunculi* sesquipollicem longi, filiformes, graciles.

Obs. *Convallaria verticillata*, cui nostra est proxima, discrepat: foliis duplò ferè brevioribus latioribusque minùs attenuatis, pedunculis triplò brevioribus.

3. *C. cirrhifolia*, foliis senis linearibus apice cirrhosis revolutis, pedunculis nutantibus trifloris, perianthiis tubulosis fauce villosis: ore 6-fido, caule scandente.

Convallaria cirrhifolia. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 382. (cum tab.)

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀. Floret Aprili et Maio.

Goobasa vernaculè nuncupatur.

Caules scandentes, 4-pedales, debiles, simplicissimi, maculis purpureis notati. *Flores* albi.

OPHIPOGON. Ker in Bot. Mag.

CONVALLARIÆ Sp. Auct.

Perianthium 6-fidum, tubo brevissimo cum ovario accreto, hinc semi-superum: *Stamina* 6, faucis clausæ inserta: *filamenta* brevissima, infernè dilatata: *antheræ* lineari-subulatae, basi sagittatae, apice mucronatae. *Ovarium* cum tubo perianthii accretum, triloculare: *loculis* biovulatis: *ovulis* erectis fundo adnatis. *Stylus* triqueter. *Stigma* simplicissimum. *Bacca* sphaerica, 1-sperma?

Herbæ *cæspitosa, glabræ*. Radix *fibrosa*. Scapi *plures, erecti, simplices*. Folia *conferta, linearia, plana*. Flores *racemosi, terminales, cernui, albi v. pallidè cærulei*.

1. *O. spicatus*, foliis lineari-ensiformibus erectis nervosis basi imbricato-vaginatiss, scapo triquetro stricto foliis longiore,

racemo erecto multifloro, bracteolis lanceolatis flore brevioribus, stylo perianthiis longiore.

Ophiopogon spicatus. *Ker in Bot. Mag.* 1063 (in lia. penult. folii versi.) *Bot. Reg.* 593.

Convallaria spicata. *Thunb. Japon.* 141. *Willd. Sp. Pl.* 2. p. 161.

Liriope spicata. *Lour. Cochin.* 1. p. 200.

Hab. in Nepaliâ superiore. *Wallich.* ♀.

Folia plurima, spithamea v. pedalia aut ultrâ, erecta, plana, latitudine bi v. trilinearâ. *Scapus* strictus, triquetus, foliis sæpè longior. *Racemus* multiflorus. *Pedicelli* solitarii aut 2-3-fasciculati, bracteolis longiores.

2. *O. intermedius*, foliis linearibus obtusis strictis basi distinctis margine serrulatis, scapo triquetro foliis duplò brevior, racemo paucifloro, bracteolis linearibus margine scabris flore brevioribus, stylo perianthium æquante.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Folia palmaria, angusta, vix lineam lata.

Obs. *Ophiopogon Japonicus* à præcedente differt: foliis recurvatis, bracteolis lanceolatis flore longioribus, stylo crasso perianthiis brevior, plantâ omninò minore.

STREPTOPUS. *Mich. Amer.*

UVULARIÆ Sp. *Lim.*

Perianthium inferum, 6-phyllum, petaloideum, campanulatum, deciduum. *Stamina* 6, æqualia: *filamenta* brevissima, obcuneata (in *S. lanuginoso*) longa, basi que ferè simplicia: *antheræ* oblongæ, erectæ, basi sagittatæ, apice mucronatæ (in *S. lanuginoso*) obtusæ. *Stylus* triquetus. *Stigmata* 3, brevâ, recurvata, apice truncata. *Bacca* subrotunda, 3-ocularis, sulcis 3 exarata, lævis: *loculis* polyspermis. *Semina* septis utrinque affixa, pendula, ovali-oblonga, curvula, sulcata, testâ rugosâ subcoriaceâ vestita.

Herbæ erectæ. *Radix* fibrosa, repens. *Caules* bi v. trichotomi, rarò simplices. *Folia* integerrima, membranacea, nervosa, basi amplexicaulia. *Flores* penduli, axillares aut terminales, pedunculati.

Obs. Genus, quandò ulteriori examini subjectum sit, fortè dividendum.

* *Filamentis brevissimis basi dilatatis, antheris apice mucronatis.*

1. *S. simplex*, glaber; caule erecto simplicissimo, foliis ovato-lanceolatis acuminatis basi amplexicaulibus, floribus axillaribus longè pedunculatis, perianthii foliolis ovalibus,

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis simplicissimus, pedalis v. bipedalis. *Folia* 3-pollinaria, unciam lata. *Pedunculi* filiformes, bipollicem longi.

ASPARAGUS. *Linn., Juss.*

Perianthium 6-partitum, patens, basi connivens, æquale, deciduum. *Stamina* 6, basi laciniarum inserta. *Filamenta* subulata, glabra. *Antheræ* peltatæ, erectæ. *Ovarium* loculis dispermis. *Stylus* brevis, 3-sulcus. *Stigma* trilobum. *Bacca* globosa, 1-3-locularis, oligosperma. *Semina* subglobosa. *Embryo* excentricus. *Radicula* vaga. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl.* 1. p. 281.

- [1. *A. filicinus*, caule erecto ramosissimo, foliis inæqualibus quinque linearibus falcatis mucronatis uninerviis, pedunculis unifloris axillaribus solitariis geminis pedicellatis folio brevioribus; fructiferis longioribus.

Asparagus filicinus. *Hamilton MSS.*

A. Curillus. *Roxb. Hort. Beng.* p. 24.

Hab. ad Suembu Nepalensium (*Hamilton*,) in Sirinagur. *Kamroop.* ♀. Floret Junio.

SMILAX. *Linn. Gen.* 524. *Juss. Gen.* 42.

1. *S. ovalifolia*, ramis teretibus aculeis falcatis, foliis ovali-oblongis triplinerviis, umbellis pedunculosis paniculatis folio vix brevioribus.

Smilax ovalifolia. *Roxb. Hort. Beng.* p. 72.

S. columnifera. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Februario.

Frutex scandens, dioicus.

2. *S. maculata*, ramis sulcatis inermibus, foliis triangulari-ovatis septemnerviis subpeltatis, umbellis sessilibus spicatis folio longioribus.

Smilax maculata. *Roxb. Hort. Beng.* p. 72.

S. capitata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

PARIS *Linn. Gen.* 198. *Juss. Gen.* 42.

1. *P. polyphylla*, foliis 7-10 elliptico-oblongis acuminatis, floribus subdecandris heptagynis, petalis involucri subæquantibus, capsulis heptagonis.

Paris polyphylla. *Smith in Rees Cyclop. in loco.*

P. Daisua. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

LILIACEÆ. *Juss.*TULIPACEÆ. *Decand.*

Asphodelcarum et Melanthacearum pars. *Brown.*

DISPORUM. *Salisb.*UVULARIÆ Sp. *Auct.*

Perianthium campanulatum, hexaphyllum, basi tubulosâ angulatâ: *foliolis* lanceolatis serrulatis basi saccatis. *Stamina* 6, erecta, foliolis exterioribus perianthii opposita, iisdem paulò breviora: *filamenta* brevia, dilatata, glabra: *antheræ* extrorsæ, oblongæ, obtusæ. *Ovarium* superum. *Stylus* teres, rectus, stamina longiora æquans. *Stigmata* 3, teretia, obtusa, recurvato-patentia, puberula. *Capsula* turbinato-trigona, 3-locularis: *loculis* dispermis.

Herbæ erectæ, glabræ. Caules angulati, apice ramosi, basi vaginati spathis membranaceis. Folia lanceolata, petiolata, acuminata. Flores umbellati v. subsolitarii, nutantes, pedunculo oppositifolio.

Obs. Huc *Uvularia chinensis* *Bot. Mag.* et *Uvularia sessilis* *Thunb. Jap.* cui folia sessilia, et flores subsolitarii albi.

1. *D. parviflorum*, foliis lanceolatis cuspidatis petiolatis, umbellis sub 5-floris, pedicellis perianthio duplò longioribus, foliolis perianthii lanceolatis acutis, filamentis antheris brevioribus, stigmatibus antheras superantibus.

Uvularia parviflora. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 378.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis 3-4-pedalis. *Folia* 5-6-pollicaria, unciam lata. *Flores* flavi, sequente duplò minores.

2. *D. Pitsutum*, foliis ovato-lanceolatis acuminatis petiolatis, umbellis multi-(7)-floris, pedicellis flore brevioribus, foliolis perianthii oblongis obtusè mucronulatis, filamentis antheris duplò longioribus, stigmatibus stamina æquantibus.

Uvularia Pitsutu. *Hamilton MSS.*

Uvularia umbellata. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 379?

Hab. ad Chitlong oppidum Nepalsensium. *Hamilton.* ♀.
Floret Aprili.

Caulis 3-pedalis, ramosus. *Folia* 3-pollicaria, unciam v. sesquiunciam lata. *Flores* flavi, magnitudine *Uvularie sessilifoliae*.

Obs. I. Folia in ramis sunt angustiora ac longiùs acuminata.

Obs. II. Disporo fulvo affine, quod tamen differt staturâ humiliore, umbellis 3-4-floris brevissimè pedunculatis, floribus fulvis duplò pedicello longioribus.

COMPSOA.

Perianthium campanulatum, hexaphyllum, basi tubulosum: *foliolis* oblongis, apice incrassatis; *exterioribus* tribus basi gibboso-saccatis. *Stamina* 6, æqualia: *filamenta* subulata, compressa, glabra, basi dilatata ac subconnata: *antheræ* ovali-oblongæ, peltatæ, extrorsæ, duplici rimâ longitudinali hiantes. *Ovarium* elongatum, triquetrum, staminibus

longius, sensim in stylum breve desinens. *Stigmata* 3, longa, subtrigona, recurvato-patula, apice dichotoma! revoluta. *Capsula* (immaturam solùm vidi) triquetra, longa (uncialis), ferè siliquæformis, trilocularis: *loculis* polyspermis. *Semina* angulata, fusca, simplici serie secus axin digesta.

Herba tota hirsuta, radice fibrosâ perenni. Caulis tripedalis, teres, strictus, foliosus, apice ramosus. Folia elliptica, acuminata, basi cordata, amplexicaulia, 4-5 pollices longa, sesqui v. biunciam lata. Pedunculi densè pubescentes, uniflori, in apice ramulorum gemini. Flores facie et magnitudine Uvulariæ, cernui, albi, intus maculis numerosis purpureis notati.

Obs. Nomen a $\kappa\omicron\mu\psi\delta\varsigma$, *elegans*.

1. *C. maculata*.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 2.

GLORIOSA. *Linn. Gen.* 164.

METHONICA. *Juss. Gen.* 48.

1. *G. simplex*, foliis confertis lineari-lanceolatis cuspidatis cirrhosisque, flore terminali solitario.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 4.

Caulis simplicissimus, foliosus. *Flos* pedunculatus.

Obs. Duplò minor quam *G. superbâ*, atque folia angustiora.

FRITILLARIA. *Juss. Gen.* 48.

FRITILLARIÆ Sp. *Linn.*

1. *F. cirrhosa*, caule simplici unifloro, foliis ternis quaternisve linearibus apice cirrhosis revolutis, perianthiis pedunculatis cernuis: foliolis ovali-oblongis genitalibus duplò longioribus.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Bulbus ovatus. *Caulis* sesquipedalis, erectus, gracilis, teres, purpureus, albo-maculatus, glaber. *Folia* sæpiùs terna v. quaterna, 3-4-pollicaria, sesqui v. bilineas lata, glabra, opaco-viridia, nitida, versus apicem attenuata, cirrhiformia ac revoluta. *Flos* solitarius, cernuus, magnitudine *F. Meleagris*, atropurpureus, viridi marmoratus.

Obs. *F. verticillatæ Bot. Mag.* proxima.

2. *F. macrophylla*, caule plurifloro striato, foliis sparsis lineari-lanceolatis prælongis glabris, pedunculis bracteis triplò brevioribus, perianthiis cernuis: foliolis spathulatis obtusis apiculatis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.*

Caulis erectus, sesqui v. bipedalis, teres, obsoletè sulcatus. *Folia* 5-6-pollicaria, 3 lineas lata, plana, utrinque glabra ac viridia, versus apicem attenuata. *Flores* 3-4, flavi,

magnitudine *F. camskatensis*, cernui. *Perianthii foliola* oblongo-spathulata, basi angustata ac ad infimum foveolâ nectariferâ instructa, apice mucronulo obtuso incrassata. *Stamina* 6, æqualia, erecta, perianthio breviora. *Stylus* trigonus, staminibus longior. *Stigma* trifidum, exsertum.

LILIUM. *Linn. Gen.* 163. *Juss. Gen.* 49.

1. *L. Japonicum*, foliis sparsis lanceolatis mucronatis nervosis utrinque glabris, caule simplici tereti glabro unifloro, perianthiis turbinato-campanulatis cernuis: foliolis elliptico-oblongis sessilibus apice patulis obtusis.

Lilium Japonicum. *Thunb. Japon.* 133. *Willd. Sp. Pl.* 2. p. 85. *Hort. Kew. II.* 2. p. 246. *Bot. Mag.* 1591.

Lilium Batisua. *Hamilton MSS.*

Sazuri. *Kæmpf. Amœn.* 871.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Floret Augusto. Bati Swa *Nawaricê.*

Flores omnium amplissimi, intus nivei, extus purpureo suffusi, spithamam longi, diametro limbi 5-pollicari.

2. *L. nepalense*, foliis elliptico-oblongis sparsis acuminatis; floralibus verticillatis, caule unifloro lævi, perianthiis campanulatis cernuis: foliolis unguiculatis acutis.

Lilium nepalense. *Don in Mem. Wern. Soc.* 3. p. 412.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* Topho *Indigenis.*

Caulis erectus, simplicissimus, teres, uniflorus, lævis, crassitie calami scriptorii, sesqui v. bipedalis, supernè foliosus.

Folia floralia verticillata; *cætera* sparsa elliptico-oblonga v. lanceolata, acuminata, nervosa, utrinque glabra, 3-pollicaria, semiunciam v. ultrâ lata. *Flos* amplus, campanulatus, albus, extus, præsertim ad basin, roseo suffusus, cernuus, pedunculatus, ferè 5 pollices longus, diametro limbi 3-4-pollicari. *Perianthii foliola* lanceolata acuta, nervosa, unguiculata, apice patula.

Obs. In Lilio longifloro, cui præcedens affine, folia omnia sparsa sunt ac lanceolata 6-pollicaria, foliola perianthii sessilia.

3. *L. cordifolium*, foliis cordatis acuminatis petiolatis sparsis, spicâ terminali pauciflorâ, perianthii foliolis lanceolatis prælongis rectis infernè angustatis.

Lilium cordifolium. *Thunb. in Linn. Trans.* 2. p. 332. *Banks.*

Icon Kæmpf. t. 46. *Willd. Sp. Pl.* 2. p. 64.

Hemerocallis cordata. *Thunb. Japon.* 143.

Hab. in montibus Shivapoorâ dictis, prope Katmandu metropolim Nepaliæ. *Wallich.*

Caulis erectus, 3-4-pedalis, teres, crassitie digiti, fistulosus.

Folia ampla, cordata, longè petiolata, sparsa, apico cuspidata, reticulato-venosa, membranacea, glabra, palmam longa, 4-5 pollices lata. *Spica* terminalis, pauci-(4)-flora.

Perianthium album, campanulatum: *foliis* lanceolatis, prælongis, erectis, infernè angustatis. *Stamina* perianthio paulò breviora: *filamenta* basi dilatata: *antheræ* oblongæ, cylindraceæ, versatiles. *Stylus* stamina subæquans, filiformis, obscurè triangularis, ovario trigono ferè triplò longior.

ALLIUM. *Linn. Gen.* 163. *Juss. Gen.* 53.

* *Umbellâ capsuliferâ.*

1. *A. Sulvia*, foliis latè linearibus planis glabris, scapo tereti lævi, umbellâ patulâ multiflorâ.

Allium Sulvia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suambu in Nepalia superiore. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Scapus pedalis. *Folia* lorata, viridia. *Flores* parvi.

HEMEROCALLIDEÆ. *Brown.*

HEMEROCALLIS. *Linn. Gen.* 172. *Juss. Gen.* 54.

Obs. Genus in duo separandum.

1. *H. disticha*, foliis linearibus carinatis margine cartilagineis scabris, floribus spicatis, perianthii laciniarum nervis omnibus reticulatim connexis.

Hemerocallis disticha. *Bot. Mag.*

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀.

Magnitudine et habitu *Hemerocallidi flavæ* accedit. *Flores* lutei.

HYPOXIDEÆ. *Brown.*

HYPOXIS. *Gen. Linn.* 166. *Juss. Gen.* 55.

1. *H. minor*, foliis linearibus acutis villosis, scapo capillati unifloro foliis triplò brevior, perianthiis villosis, antheris filamentis duplò longioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

MELANTHACEÆ.

MELANTHACEARUM Pars. *Brown.*

MELANTHIUM. *Linn. Gen.* 179. *Juss. Gen.* 47.

1. *M. indicum*, foliis linearibus elongatis acuminatis, floribus terminalibus subternis, perianthii foliolis linearibus, fila-

mentis pubescentibus, stigmatibus clavatis revolutis, caule simplici.

Melanthium indicum. Linn. *Mant.* 226. Willd. *Sp. Pl.* 2. p. 268.

Hab. in Nepaliâ. Wallich.

Bulbus ovatus, fuscâ tunicâ tectus. *Caulis* simplex, palmaris, polyphyllus. *Capsula* pyriformis.

IRIDEÆ. Juss., Brown.

ENSATÆ. Linn., Ker.

IRIS. Ker in *Ann. Bot.* 1. p. 219.

IRIDIS Sp. Linn., Juss.

* *Flores barbati.*

1. *I. nepalensis*, foliis lineari-ensiformibus planis nervosis mucronatis, perianthii tubo filiformi elongato ovario obtusè trigono ter longiore, caule tereti subbifloro foliis multò breviorè.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. Wallich.

Radix fasciculata, tuberibus pluribus, more *Hemerocallidis* composita. *Folia* graminea, palmaria v. sæpè sesqui aut bipedalia, caule fistuloso plurimum longiora. *Spatha* tubum perianthii æquans. *Flores* cærulci, magnitudine *Iridis prismaticæ*.

II. DICOTYLEDONES.

CONIFERÆ. Linn., Juss.

PINUS. Linn. *Gen.* 499.

* *Foliis* quinis acerosis, *strobili squamis* dorso planis. *Strobis.*

1. *P. excelsa*, foliis quinis prælongis tenuissimis laxis, antherarum cristâ subrotundâ simplici truncatâ laceratâ, strobilis cylindraccis lævibus pendulis foliis longioribus. Lamb. *Descr. Pin.* 2. p. 5. t. 3.

Pinus excelsa. Wallich in *Litt.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ (Hamilton), in Bhotaniæ alpinibus. W. S. Webb. h.

Arbor excelsa, formosa, 90—120-pedalis. *Strobili* 6½-pollicares.

Obs. *P.* *Strobis*, cui proxima, differt antherarum cristâ bicornâ, foliis brevioribus, conis minoribus.

* * *Foliis solitariis sæpius planis, strobili squamis planis margine membranaceis.* Abies.

2. *P. spectabilis*, foliis linearibus planis secundis patentibus apice emarginatis subtùs niveis, antherarum cristâ bicorni, strobilis erectis cylindræis crassis nudis. *l. c. p. 3. t. 2.* Pinus tinctoria et Webbiana. *Wallich in Litt.*

Hab. in Alpe Gosaingsthan dictâ, atque in aliis regionibus jugi Emodi seu Himalayæ. *W. S. Webb. h.*

Arbor facie *P. Piceæ*, 80-pedalis. *Folia* sesqui v. bipollinaria. *Strobili* solitarii, erecti, obtusi, atropurpurei, 4-6 pollices longi, diametro sesqui v. biunciales.

3. *P. dumosa*, foliis solitariis linearibus obtusis secundis subtùs glaucis margine deflexis versus apicem denticulatis, strobilis ovatis terminalibus solitariis: squamis rotundatis margine erosis. *l. c. p. 7.*

Hab. in Alpe Gosaingsthan (*Wallich*), in Bhotaniæ alpibus. *W. S. Webb. h.* Silloo Hatarhee *Nepalensibus.*

Arbor procera, *P. canadensi* proxima.

CUPRESSUS. *Linn. Gen. 500. Juss. Gen. 413.*

1. *C. torulosa*, foliis ovatis obtusis quadrifariam imbricatis, galbulis globosis: squamis umbonatis, ramulis teretibus torulosis divaricatis confertissimis patentibus. *l. c. p. 18.*

Hab. in Bhotaniæ alpibus. *W. S. Webb. h.*

JUNIPERUS. *Linn. Gen. 531. Juss. Gen. 413.*

1. *J. squamata*, foliis ternis adpressè imbricatis ovato-oblongis acutis acuminatisve; emarcidis persistentibus; novellis inflexo apice quasi obtusis, baccis ovatis summo umbilicatis, ramis ramulisque confertissimis teretibus, caule prostrato, *l. c. p. 17.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty (*Hamilton*), in Bhotaniæ alpibus. *W. S. Webb.* Floret Augusto.

2. *J. recurva*, foliis lineari-lanceolatis mucronatis laxè imbricatis subtùs convexis lævibus, baccis subrotundo-ovalibus tuberculatis, ramis ramulisque recurvatis.

Juniperus recurva. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton. h.* Floret Februario. 3. *J. communis* *Linn.*

* *Hab.* in Nepaliæ et Bhotaniæ alpibus. *W. S. Webb. h.*

PODOCARPUS. *L'Herit., Persoon Syn. 2. p. 580.*

1. *P. nereifolia*, foliis lanceolatis acuminatis glabris margine reflexis, amentis masculis subternis folio quadruplò brevioribus. *l. c. p. 21.*

Lignum Emanum. *Rumph. Amb. 3. p. 47. t. 26.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ½.

Drupæ Nepalensibus edules.

AMENTACEÆ. *Linn., Juss.*

I. MYRICEÆ. *Rich., Kunth.*

MYRICA. *Linn. Gen.* 518. *Juss. Gen.* 409.

1. *M. esculenta*, foliis cuneato-lanceolatis integerrimis coriaceis nitidis, amentis masculis axillaribus racemosis, caule arboreo.

Myrica esculenta. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliæ sylvis. *Hamilton.* ½. Floret Septembri.
Coboshi Nawaricè, Cap'phul Parbuticè.

Arbor magna, sempervirens. *Drupa* magnitudine *Cerasi*, grati acidi edulis, granulata. *Nux* monosperma. (*Ham.*)

2. *M. octandra*, foliis ellipticis obtusè acuminatis subintegerrimis glabris, amentis masculis axillaribus solitariis petiolo longioribus, flosculis octandris.

Myrica? *octandra.* *Hamilton MSS.*

Hab. ad Hethaura Nepalensium. *Hamilton.* ½. Floret Aprili.

Folia 5 pollices longa, sesquipollicem lata.

II. CUPULIFERÆ. *Rich., Kunth.*

QUERCUS. *Linn. Gen.* 495. *Juss. Gen.* 410.

- * *Cupulis armatis sphaericis, nuces omninò instar capsulæ obvolvitur; foliis integerrimis.* *Castanopsis.*

1. *Q. armata*, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis glabris subtùs glaucis, fructibus sessilibus spicatis, cupulis capsulæformibus globosis tomentosissimis spinis ternatis divergentibus armatis dein disruptis, nucibus ovatis mucronulatis.

Quercus armata. *Roxb. Corom.* 3. t. 296.

Q. tribuloides. *Wallich in Litt.*

Q. Catungea. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty et Suembu Nepalensium. *Hamilton Wallich.* ½. Floret Maio et Junio. Fructificat Novembri.

** *Foliis integerrimis.*

2. *Q. spicata*, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis coriaceis glabris nitidis, fructibus ternis globosis sessilibus in spicam longissimam digestis.

Quercus spicata. *Smith in Rees Cyclop. in loco.*

Q. Arcaula. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton. Wallich.* ½. Floret Maio. Fructificat Novembri.

3. *Q. obtusifolia*, foliis cordato-oblongis integerrimis subtùs

tomentosis apice rotundatis, cupulis urceolato-campanulatis subsessilibus extùs squamosis tomentosis, nucibus globosis obtusis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h.

4. *Q. grandifolia*, ramulis teretibus glabris, foliis obovato-oblongis ellipticisve integerrimis subsessilibus utrinque nudis nitidisque basi auriculatis, fructibus terminalibus glomeratis, cupulis sessilibus rugosis, nucibus globosis mucronulatis. *Don in Lamb. Descr. Pin. p. 27. t. 8.*

Hab. in Nepaliæ nemoribus. *Wallich.* h.

Folia ampla, sempervirentia, spithamam v. sesquipedem longa, 4-8 pollices suprâ medium lata.

* * * *Foliis serratis.*

5. *Q. Phullata*, foliis ovato-lanceolatis cuspidatis glabris e medio dentato-serratis subtùs glaucis, fructibus globosis subquaternis in pedunculo axillari brevi sessilibus, cupulis lamellis plicato-imbricatis extùs tectis sericeis.

Quercus Phullata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty et Suembu Nepalensium (*Hamilton*), in Sirinagur. *Kamroop.* h. Floret Martio. Fructificat Decembri.

6. *Q. oblongata*, foliis oblongis mucronatis spinuloso-dentatis basi cordatis suprâ glabris subtùs flavescente-tomentosis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* h.

7. *Q. imbricata*, foliis ellipticis acuminatis dentato-serratis glabris subtùs glaucis, fructibus axillaribus solitariis brevè pedunculatis cernuis, cupulis obeonicis depressis lamellis imbricatis extùs tectis, nucibus umbonatis summo umbilicatis.

Quercus imbricata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* *Wallich.* h. Fructificat Novembri.

8. *Q. lanuginosa*, foliis ovali-oblongis acutis dentato-serratis utrinque ramulisque lanosis suprâ dein nudis, fructibus axillaribus sessilibus, cupulis squamis imbricatis extùs tectis, nucibus ovatis umbonatis.

Quercus Banga. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* *Wallich.* h. Fructificat Decembri.

9. *Q. Kamroopii*, foliis lanceolatis longè cuspidatis spinuloso-serratis utrinque glabris viridibus: basi rotundatâ.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* h.

10. *Q. Cassura*, foliis oblongis apice rotundatis subtùs tomentosis margine undulatis spinuloso-serratis rigidis: basi cordatâ.

Quercus Cassura. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* h.

III. BETULINÆ. *Rich.*

ALNUS. *Tourn. Gartn. t. 90. Willd. Sp. Pl. 4. p. 334.*

BETULÆ Sp. *Linn.*

1. *A. nepalensis*, foliis ovalibus crenulatis brevè acuminatis subtùs glaucis ac pilosiusculis, amentis masculis terminalibus paniculatis; fœmineis racemosis infra mascula positis axillaribusve.

Betula Boshia. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. Hamilton. h. Floret Decembri. Boshi Swa. Nawaricè.

Arbor magna.

BETULA. *Gartn. t. 90. Willd. Sp. Pl. 4. p. 462.*

BETULÆ Sp. *Linn.*

1. *B. alnoides*, dioica; foliis ovatis acuminatis inæqualitèr serratis glabris, amentis masculis axillaribus ternis densis folio longioribus: squamis rotundatis.

Betula alnoides. Hamilton MSS.

Hab. in sylvis ad Narainhetty Nepaliæ superioris. Hamilton. h. Floret Octobri.

Arbor elata, materiem ad ædes ædificandas bonam præbens.

Flores dioici. Semina alata. Hamilton MSS.

2. *B. utilis*, foliis ovatis acuminatis inæqualitèr serratis utrinque ramulisque villosis basi rotundatis subtùs canescentibus.

Hab. in Gosaingsthan Nepalsium. Wallich. h.

Arbor magna.

Obs. Indigenæ, monente D. Wallich, epidermide hujus arboris sub nomine *Bhog Pattra* utuntur.

3. *B. nitida*, foliis ovato-oblongis acuminatis argutè dupliciserratis utrinque glabris nitidis, ramulis pubescentibus.

Hab. in Sirinagur. Kamroop. h.

IV. SALICEÆ. *Rich., Kunth.*

SALIX. *Linn. Gen. 514. Juss. Gen. 408.*

1. *S. disperma*, octandra; amentis masculis prælongis villosis: squamis ovalibus obtusis, ovariis ovatis ventricosis tomentos, stigmatibus 2 linearibus apice incrassatis emarginatisque, foliis ellipticis integerrimis mucronatis utrinque ramulisque sericeo-villosis.

Salix disperma. Roxb. MSS.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton. Wallich. h.

Frutex facie S. glaucæ, cortice fusco lævi tectus. Ramuli villosi, canescentes. Folia elliptica, integerrima, mucronata, petiolata, utrinque sericeo-villosa. Stipulæ minutæ, caducæ. Amenta mascula 4-5 pollices longa, crecta, filiformia, villosissima: squamis ovalibus obtusis, 8-9-andris;

fæminea biuncialia, cylindracea, erecta : *squamis* oblongis, apice rotundatis. *Capsulæ* ovatæ, ventricosæ, tomentosæ. *Stylus* persistens. *Stigmata* 2, linearia, apice incrassata ac emarginata.

2. *S. cuspidata*, foliis lanceolatis serrulatis longè cuspidatis ramulisque glabris subtùs glaucis, stipulis ovatis mucronatis integris.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. ♪.

Flores nondum vidi.

3. *S. Japonica*, diandra ; amentis villosis : squamis ovalibus obtusis, foliis ellipticis acutis serratis subtùs junioribusque villosiusculis.

Salix Japonica. *Thunb. Japon.* p. 24. t. 31.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton*. ♪. Floret Februario.

URTICÆ. *Juss.*

URTICA. *Linn. Gen.* 486. *Juss. Gen.* 403.

1. *U. scripta*, dioica ; foliis oppositis ellipticis acuminatis subserratis cauleque simplici glabris subtùs venis nigrescentibus, spicis compositis tenuifloris.

Urtica scripta. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ♧. Floret Augusto.

Flores dioici. *Folia* subtùs lineis nigris quasi inscripta. *Ham. MSS.*

2. *U. heterophylla*, foliis quinquelobistrilobisve subtùs petiolisque aculeatis : lobis ovato-oblongis acuminatis inciso-serratis, racemis diffusis paniculatis.

Urtica heterophylla. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ♧.

Caulis erectus, bi v. tripedalis, angulatus. *Folia* ampla.

BOEHMERIA. *Jacq. Amer.* p. 246. t. 157. *Juss. Gen.* 403.

* *Foliis alternis.*

1. *B. frondosa*, foliis ovatis acutè serratis cuspidatis basi rotundatis subtùs niveo-tomentosis, floribus fœmineis glomeratis lateralibus sessilibus, ramulis pubescentibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ♪.

2. *B. ternifolia*, foliis subrotundis acuminatis grossè serratis tomentosis, spicis interruptis axillaribus verticillatis, ramis tomentosis.

Urtica ternifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. ♪.

3. *B. frutescens*, foliis elliptico-oblongis acuminatis grossè

serratis subtùs niveo-tomentosis basi acutiusculis, ramulis villosis, pedunculis axillaribus divaricato-ramosis.

Boehmeria frutescens. Thunb. in Linn. Trans. 2. p. 339.

Willd. Sp. Pl. 4. p. 343.

Urtica frutescens. Thunb. Japon. 69.

Hab. ad Suembu Nepalix superioris. Hamilton. Wallich.

h. Floret Julio.

Frutex 3-4-pedalis.

4. *B. salicifolia*, foliis lanceolatis acuminatis serratis subtùs niveo-tomentosis basi rotundatis, capitulis globosis lateralibus sessilibus.

Urtica salicifolia. Roxb. Hort. Beng. p. 67.

Hab. circa præsidium Chisipani dictum in Nepaliâ propriâ (Hamilton), in Sirinagur. Kamroop. h. Floret Julio.

** *Foliis oppositis.*

5. *B. macrophylla*, foliis lanceolatis acuminatis suprâ rugosis bullatisque subtùs ramulisque pubescentibus, spicis fœmineis longissimis interruptè glomeratis.

Urtica angustifolia. Hamilton MSS.

Urtica macrostachya. Wallich in Litt.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. Wallich. h. Floret Septembri.

Arbuscula erecta. Folia ferè pedalia, 1½ unciam lata. Spicæ palmares.

6. *B. rotundifolia*, foliis subrotundo-ovalibus acuminatis grossè serratis cauleque hirsutis scabris, spicis fœmineis axillaribus basi ramosis confertim verticillatis; masculis capillaribus compositis.

Urtica rotundifolia. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepalix superioris. Hamilton. ♀. Floret Julio.

7. *B. platyphylla*, foliis cordato-ovatis acuminatis grossè serratis utrinque ramulisque scaberrimis, spicis fœmineis simplicibus interruptè glomeratis; masculis compositis.

Urtica platyphylla. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. h. Floret Septembri.

8. *B. nana*, tetrandra; foliis ovatis obtusis integerrimis petiolatis pilosis asperis capitulis axillaribus solitariis sessilibus, caule erecto ramoso piloso.

Urtica nana. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. ☉. Floret Octobri.

Caules palmares.

PROCRIS. Commers. Juss. Gen. 403.

1. *P. rupestris*, foliis ovali-oblongis acuminatis serratis sessi-

libus pubescentibus basi acutis: lateribus inæqualibus, capitulis globosis solitariis subsessilibus, stipulis lanceolatis acuminatis membranaceis.

Procris rupestris. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Julio.

Caules palmares, simplicissimi.

2. *P. punctata*, foliis elliptico-oblongis grossè serratis membranaceis asperis longè cuspidatis petiolatis basi semicordatis: lateribus inæqualibus, stipulis lineari-elongatis cuspidatis, capitulis glomeratis pedicellatis.

Procris punctata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suambu Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Julio.

Caules erecti, simplicissimi, pedales v. sesquipedales. *Flores* nivei.

3. *P. integrifolia*, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis petiolatis coriaceis basi acutis, stipulis lanceolatis acutis membranaceis, capitulis glomeratis sessilibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caules pedales et ultrâ. *Folia* 5-6-pollicaria, sesquiunciam lata.

4. *P. monandra*, foliis superioribus lanceolatis dentatis pilosis basi apiceque acutis; inferioribus minimis ovatis, stipulis ovatis acutis membranaceis, capitulis solitariis paucifloris, flosculis monandris.

Procris monandra. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ♀.

Caules 3-4-unciales, gracillimi, simplices.

FICUS. *Linn. Gen.* 555. *Juss. Gen.* 400.

1. *F. ovata*, foliis ovatis integerrimis trinerviis coriaceis glabris, fructibus globosis geminis pedunculatis petiolum æquantibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀. Bedootee *Indigenis.*

2. *F. oblongifolia*, foliis oblongis trinerviis glabris apice plerumquè cuneatis ac tridentatis; dente intermedio elongato, fructibus subrotundis solitariis pedunculatis petiolo triplo longioribus.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

EUPHORBIACEÆ. *Juss.*

EUPHORBIA. *Linn. Gen.* 243. *Juss. Gen.* 385.

* *Umbellis bifidis.*

1. *E. tenuis*, umbellis axillaribus bifidis, involucellis lanceo-

latis acutis, petalis integerrimis rotundatis, foliis oppositis petiolatis ovali-oblongis obtusis serrulatis subtùs cauleque ramosissimo pubescentibus.

Euphorbia tenuis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Bassaria Nepalensium. *Hamilton.* ☉. Floret Martio.

Caules decumbentes, ramosissimi, flexuosi, pubescentes.

Folia subtùs glauca, villosula, margine superiore, nisi ad apicem, obliqua ac ferè integerrima. *Involucra* et *Involucella* diphylla, integerrima. *Capsula* rotundata, trigonæ, læves ac canescentes.

* * *umbellis trifidis.*

2. *E. fusiformis*, aphylla; scapo erecto trichotomo glabro, ramis simplicibus basi squamis duabus ellipticis cuspidatis scariosis munitis, calycibus terminalibus solitariis 5-lobis disciformibus, petalis lacerato-multifidis.

Euphorbia fusiformis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Scapus 4-uncialis, teres, glaber. *Petala* numerosa, multifida, alba. *Capsula* glabræ, trigonæ.

Obs. Flos Euphorbiæ, ut verè sit habendus, compositus est, persuadente clariss. D. Jussieu, et cùm determinavit D. Brown; indè mutandis nominibus calyces pro involucro ac involucra pro bracteis rectiùs habere.

3. *E. prolifera*, umbellis trifidis proliferis, involucellis ovalibus obtusis, foliis linearibus obtusis alternis glabris, caule erecto simplici, petalis truncatis bicornibus.

Euphorbia prolifera. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis pedalis, erectus, glaber, foliosus, facie *E. Esula*.

4. *E. angustifolia*, caule erecto ramoso proliifero subvillosa, foliis sparsis linearibus obtusis glabris, floribus in dichotomiis solitariis subsessilibus, petalis bicornibus.

Euphorbia angustifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Norcoterâ Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

Caulis pedalis.

* * * *umbellis 5-fidis.*

5. *E. longifolia*, foliis lanceolatis acutis integerrimis sessilibus glabris, involucellis triphyllis ovatis mucronulatis, floribus intùs lanatis, petalis lunatis integerrimis, capsulis verrucosis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis sesquipedalis, simplex, erectus.

PHYLLANTHUS. *Linn. Gen.* 484. *Juss. Gen.* 386.

1. *P. parvifolia*, foliis ovalibus obtusis glabris, floribus axillaribus solitariis triandris pendulis, ramulis capillaribus confertis glabris.

Phyllanthus parvifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Sucmbu Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Junio.

Fruticulus pedalis, foliosus, gracilis, omnium minimus. *Folia* numerosa, petiolata, ferè *Vaccinii uliginosi*, alternatim disposita.

Flores monoici, axillares, solitarii, pedicellati, penduli. *Calyx* 6-phyllus. *Filamentum* unicum. *Antheræ* 3. *Ovarium* ovatum. *Stigmata* 3, integra.

2. *P. taxifolia*, ramis ramulisque pubescentibus, foliis linearibus obtusis glabris distichis, pedicellis axillaribus glomeratis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Frutex facie *P. Emblicæ*.

BUXUS. *Linn. Gen.* 486. *Juss. Gen.* 388.

1. *B. saligna*, foliis lanceolatis acutissimis glabris, racemis brevibus paucifloris cernuis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Arbuscula erecta, ramosa. *Folia* lanceolata, bipollicaria.

PASSIFLOREÆ. *Juss. Brown.*PASSIFLORA. *Linn. Gen.* 466.

1. *P. geminiflora*, foliis cordato-ovatis mucronulatis integerrimis membranaceis 5-nerviis, petioliis biglandulosis, pedunculis geminis dichotomis bifloris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis gracilis, filiformis. *Folia* simplicia, subtùs pallidiora, utrinque glabra. *Fructus* parvi, globosi *Flores* nondum vidi; sed, ex habitu judicans, fortè *parvifloræ* v. *angustifoliæ* similes.

LAURINÆ. *Juss. Vent. Brown.*LAURUS. *Brown.*LAURI Sp. *Linn. Juss.*

Flores hermaphroditi aut dioici. *Perianthium* 6-fidum, æquale. *Stamina* 12 duplici ordine; *exteriora* 6 fertilia; *interiora* 6 exterioribus opposita, horum 3 sunt fertilia, basi biappendiculata aut biglandulosa, cætera alterna sterilia. *Antheræ* biloculares. *Stigma* capitatum. *Drupa* nuda, 1-sperma.

Arbores aut Frutices. *Folia alterna, sæpius integerrima, sempervirentia.* *Flores axillares, aut terminales, nunquam paniculati.*

1. *L. Nacushua*, foliis elliptico-oblongis acutis uninerviis suprà planis nitidis subtùs tomentosus reticulatis, umbellis axillaribus glomeratis sessilibus sexfloris, perianthii foliolis ovalibus obtusis, pedicellis lanatis, involucris octophyllis, floribus hermaphroditis pedicellatis.

Laurus Naucushia. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. h. Floret Martio.*

Folia 2-5-pollicaria, unciam v. sesquiunciam lata; juniora densè lanata. *Involucri squamis* 8 rotundatis.

2. *L. umbellata*, foliis elliptico-oblongis acuminatis uninerviis subtùs villosis, floribus hermaphroditis axillaribus umbellatis, pedicellis lanatis, laciniis perianthii ovalibus obtusis.

Laurus umbellata. Hamilton MSS.

Hab. ad præsidium Chisapani dictum in Nepaliâ propriâ. *Hamilton. h. Floret Aprili.*

Folia palmaria, bipollicem lata. *Ramuli* tomentosi.

3. *L. macrophylla*, ramulis petiolisque tomentosus, foliis lanceolatis acuminatis basi acutis reticulatis uninerviis glabris subtùs glaucescentibus, floribus lateralibus solitariis cernuis, pedunculis brevibus crassis pubescentibus.

Hab. in Sirinagur Nepalensium. *Kamroop. h. Khoot Indigenis.*

Arbor sempervirens, facie *L. indicæ*, attamen omninò distincta. *Ramuli* densè tomentosi. *Folia* palmaria aut ultrà, sesquipollicem lata.

4. *L. cuspidata*, foliis ovali-oblongis trinerviis glabris apice longè cuspidatis, floribus axillaribus sessilibus aggregatis enneandris, perianthiis 5-fidis laciniis rotundato-ovalibus.
- Tomex Bolo. Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton* ♀. Flore Martio.

Arbor ramis glabris. *Folia* 5 uncias longa, sesquipollicem lata. *Involucrum* 4-phyllum, imbricatum: *squamis* membranaceis, rotundatis. *Flores* 9-andri.

Obs. Habitus omninò Tetrantheræ; sed antheræ verè biloculares.

TETRANTHERA. *Jacq. Roxb. Brown.*

TOMEX. *Thunb. Willd.*

LITSEA. *Lam. Juss.*

HEXANTHUS. *Lour. Cochin.*

Flores dioici. *Involucrum* umbellæ 4-5-phyllum, deciduum.

Perianthium limbo 4-6-partito vel nullo.

Masc. *Stamina* 6-15. *Antheræ* 4-loculares. *Glandulæ* ad basin filamentorum interiorum. *Rudimentum* pistilli.

Fem. *Glandulæ* staminaque sterilia. *Stigma* dilatatum, sublobatum. *Bacca* nuda. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. I.* p. 403.

Obs. Habitus Lauri, a quâ differt antheris 4-ocularibus. *Br. l. c.*

1. *T. Doshia*, umbellis lateralibus pedunculatis corymbosis; masculis 6-floris, floribus dodecandris, limbo perianthii 6-partito: laciniis cuneato-oblongis, foliis lanceolatis acutis uninerviis glabris.

Tomex Doshia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Novembri.

Arbor sempervirens, dioica. *Ramuli* glabri. *Folia* coriacea, nitida, 5-7 pollices longa, sesquiunciam lata. *Involucrum* 4-phyllum: foliolis rotundatis, latissimis, externè sericis. *Flores* dodecandri.

2. *T. Cuipala*, umbellis lateralibus sessilibus glomeratis; masculis 5-floris, floribus hexandris, limbo perianthii villosissimi quadrifido: laciniis ovato-oblongis obtusis, involucris hexaphyllis imbricatis, foliis ellipticis glabris triplinerviis subtùs glaucis.

Laurus Cuipala. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Febuario.

Arbor ramulis pubescentibus. *Folia* elliptica, acuta, 4-5 uncias longa, sesqui v. bipollicem lata, suprâ viridia, subtùs glauca, ac ad nervos villosa. *Involucris foliolis* latissimis,

rotundatis, concavis, coriaceis, margine membranacéis.
Perianthium hexandrum extùs villosissimum.

3. *T. pallens*, umbellis axillaribus sessilibus glomeratis; fœmineis 4-floris, perianthii limbo 4-fido : laciniis ovalibus obtusis, foliis ellipticis acutis triplinerviis glabris subtùs glaucis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Folia 3-4-pollicaria, unciam v. ferè sesquiunciam lata.
Stigma exsertum, dilatatum, margine lobatum. *Flores masculos* nondum vidi ; in fœmineis stamina sterilia.

CINNAMOMUM. *Brown.*

LAURI Sp. *Linn. Juss.*

Flores hermaphroditi, subpaniculati. *Perianthium* 6-fidum æquale : limbo persistente. *Stamina* 7-9 simplici serie digesta. *Glandulæ* ad latus interius filamentorum sitæ. *Antheræ* 4-loculares : *loculis* singulis valvâ, quæ singulum tegens, internè hiantibus. *Drupa* ovalis, basi perianthio cincta.

Arbores *sempervirentes, aromaticæ*. *Folia alterna, integerrima, plerumquè trinervia*. *Flores paniculati aut racemosi*.

1. *C. tomentosum*, foliis lanceolatis uninerviis utrinque acutis subtùs tomentosis, racemis terminalibus paniculatis tomentosis, perianthii laciniis oblongis obtusis ; interioribus trinis latioribus.

Laurus tomentosa. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepalensium in sylvis. *Hamilton. h.*
 Floret Aprili.

Arbor ramulis subvillosis. *Folia* venosa (nec nervosa) 3-6-pollicaria, 1 v. 2 pollices lata, utrinque primùm densè tomentosa ; *adultis* suprâ denudatis. *Racemi* pedunculati. *Pedicelli* sæpè dichotomi.

2. *C. Cathia*, foliis ellipticis nervosis obtusè acuminatis suprâ denudatis subtùs ramulisque tomentosis basi acutis, paniculis axillaribus pedunculatis tomentosis, perianthii laciniis latè ovatis acutiusculis.

Laurus Cathia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ. *Hamilton. h.* Floret Junio.
Arbor ramulis tomentosis. *Folia* elliptica, multinervia (nervis è costâ mediâ non à basi ortis), 3-6 pollices longa, 1 v. 2, aut rariùs 3 pollices lata, utrinque tomentosa ; *adultæ* suprâ denudata. *Paniculæ* parvæ, longè pedunculatæ, foliis vix longiores, in apice ramulorum plures, omninò axillares.

3. *C. pyrifolium*, foliis ellipticis venosis glabris obtusè acuminatis subtùs pallidis, paniculâ terminali multiflorâ, perianthii foliolis ovali-oblongis obtusis intùs tomentosis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ʒ.

Folia 4-7-pollicaria, 2-3 uncias lata. *Flores* nondum vidi.

Obs. Solummodo habitu atque floribus paniculatis Cinnamomo referenda.

4. *C. Cassia*, foliis lanceolatis acuminatis glabris alternis triplinerviis, paniculâ terminali, pedunculis multifloris, perianthii foliolis ovali-oblongis obtusis.

Laurus Cassia. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ inferiore. *Wallich.* ʒ.

Obs. Laurus Culilaban *Linn.*, quæ Laurus dulcis *Roxb.*, discrepat foliis oppositis angustioribus, racemis axillaribus oppositis, pedicellis trifloris, perianthii foliolis subrotundis.

ELÆAGNEÆ.

ELÆAGNORUM pars. *Juss.*

ELÆAGNUS. *Linn. Gen.* 62. *Juss. Gen.* 75.

1. *E. arborea*, foliis ovali-oblongis acuminatis subtùs argenteis ramulisque lepidotis, pedunculis axillaribus aggregatis, perianthii laciniis ovatis acutis, stylo glabro, stigmatè acuto.

Elæagnus arborea. *Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 461.

E. armatus. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.* ʒ.
Floret Novembri.

Arbor magna. *Ramuli adultiores* sæpè apice indurato spinosi, punctis ferrugineis lepidoti. *Flores* argentei, nitidi. *Drupa* edulis facie *Oleæ* fructùs, sed multò major. *Pedunculi fructiferi* duplò longiores.

2. *E. conferta*, foliis ovali-oblongis acuminatis subtùs argenteis, pedunculis axillaribus aggregatis brevissimis, perianthii laciniis ovatis acutis, stylo stellato-piloso, stigmatè obtuso.

Elæagnus conferta. *Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 460.

E. inferus. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ʒ. Floret Novembri.

Frutex magnus, ramosus, scandens (ex *Roxb.*) *Folia* 3-4-pollicaria sesqui v. bipollicem lata. *Drupæ* oblongæ, succulentæ, edules.

Obs. Hùc referenda *Burm. Zeyl. tab.* 39. f. 1. In *E. latifoliâ* *Linn.*, quæ *E. triflora* *Roxb.*, folia sunt ovali-oblonga obtusa subtùs minùs argentea, basi rotundata, pedunculi axillares terni v. quaterni, stylus glaber tubo perianthii brevior, stigma obtusum.

3. *E. umbellata*, foliis lanceolatis acutis subtùs argenteis nunc ellipticis obtusissimis, pedunculis brevibus in ramulo numerosis umbellatis, perianthiis basi attenuatis: laciniis ovalibus, stylo glabro, stigmatè obtuso.

Elæagnus umbellata. *Thunb. Japon.* 66. t. 14.

Hab. in Nepaliâ ad oppidum Chitlong (*Hamilton*), in Sirinagur. *Kamroop.* ʒ. Floret Aprili.

HIPPOPHAE. *Linn. Gen.* 517. *Juss. Gen.* 75.

1. *H. salicifolia*, foliis lanceolatis obtusis ramulisque niveo-tomentosis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ʒ. Ashook *Indigenis.*

Frutex inermis, erectus, ramosus.

THYMELEÆ. *Juss.*

DAPHNE. *Linn. Gen.* 192. *Juss. Gen.* 77.

1. *D. odora*, foliis sparsis lanceolatis coriaceis glabris utrinque acutis, umbellis terminalibus sessilibus, perianthiis levitè sericeis: laciniis ovatis acutis, stylo distincto, stigmatè capitato.

Daphne odora. *Hort. Kew. I.* 2. p. 26. *Thunb. Japon.* 159.

Banks. Icon. Kæmpf. t. 16. *Willd. Sp. Pl.* 2. p. 421.

Daphne cannabina. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 315. (cum tab.)

D. papyrifera. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ, nempe ad Narainhetty et Chitlong (*Hamilton*), in locis montosis ad usque Kamoon. *Wallich.* ʒ. Floret Octobri et Decembri. *Set Burooa* vernaculè nuncupatur.

Folia 3 v. 4-½-pollicaria et sæpè ultrà, unciam lata. *Flores* virescente-albi, odoratissimi.

2. *D. Bholua*, foliis sparsis lanceolatis coriaceis glabris utrinque acutis, umbellis terminalibus sessilibus, perianthiis pedicellatis extùs sericeo-villosis: laciniis subrotundo-ovalibus retusis, stylo nullo, stigmatè capitato.

Daphne Bholua. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliæ montosis. *Hamilton.* ʒ. Floret Januario. *Bholu Swa Nawaricè.*

Frutex ramosissimus, magnitudine et facie omninò *D. odora*, cui arcè affinis est, quæ tamen discriminatur floribus sessilibus, tubo perianthii versus basin solummodò sericeo, laciniis ovatis acutis, stylo distincto.

Obs. E cortice interiore, quæ more lini aut cannabi fibrosa est, hujus ac præcedentis Indigenæ mollissimum papyri genus fabricant.

3. *D. sericea*, foliis elliptico-oblongis acutis alternis oppositisve brevè petiolatis ramisque sericeo-villosis canescentibus, umbellis terminalibus axillaribusque pedunculatisque, floribus sessilibus, perianthiis sericeis: tubo filiformi: laciniis ovalibus obtusis crenulatis, stylo distincto, ovariis villosis basi attenuatis, stigmatè capitato.

Daphne sericea et *cana*. *Wallich in Litt.*

D. oppositifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich. h.*
Floret Augusto.

Frutex erectus, ramosissimus, sericeo-villosus, canescens.

Folia pollicem v. bipollicem longa, sesquiunciam lata; floralia sæpè opposita. *Umbellæ* parvæ, glomeratæ, pedunculatæ, terminales v. axillares, nunc laterales, dùm juvenes bracteis duabus caducis involucratæ.

4. *D. Gardneri*, foliis sparsis elliptico-oblongis acutis basi attenuatis subtùs junioribusque villosis, umbellis lateralibus globosis pedunculatis, perianthiis sessilibus hirsutissimis: tubo infernè dilatato: laciniis rotundatis patulis suprâ nudis, ovariis valdè pilosis, stylo elongato, stigmatè simpliciter.

Daphne Gardneri. *Wall. in Asiat. Res. 13. p. 388.* (cum tab.)

Hab. in Nepaliæ montosis. *Gardner. h.* Floret Vere.
Chuckmaree Swa *Nawaricè.*

Frutex erectus, orgyalis, ramosissimus. *Folia* 3 v. 5 pollices longa, 1 v. sesquiunciam lata; juniora villosissima. *Umbellæ* globosæ, densifloræ, magnitudine ferè *Echinopsis* capitatis. *Antheræ* ovatæ, fauci insertæ. *Ovarium* pilis densè tectum. *Stylus* longus, inclusus, pubescens. *Stigma* simplex.

POLYGONEÆ. *Juss.*

POLYGONUM. *Linn. Gen. 195. Juss. Gen. 82.*

Obs. Genus interea integrum retinui, atque species, quibus nunc ago, in sectionibus ut commodè potuerim distribuere. Sed cum genus ulteriori examini subjectum erit, in plura rectè dividendum.

Sect. 1. Bistorta. *Perianthium* 5-partitum, membranaceum, coloratum. *Stamina* 8. *Stylus* trifidus. *Nux* triquetra, perianthio inclusa.

Herbæ perennes, radice tuberosâ. Caules erecti simplices. Spica solitaria, terminalis, erecta, conferta, cylindracea.

1. *P. petiolatum*, foliis caulinis cordatis petiolatis longè acuminatis margine crenulatis suprâ pilosiusculis, ochreis integerrimis acutiusculis nudis, spicâ brevi, bracteis longè cuspidatis, stylis profundè tripartitis.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, sesqui v. bipedales, glabri. *Flores* purpurei *P. Bistortâ* duplò majores, 8-andri. *Perianthii laciniæ* subrotundo-ovales, latissimæ.

2. *P. amplexicaule*, foliis caulinis sessilibus cordatis perforliato-amplexicaulibus longè acuminatis margine crenulatis ntrinque pilosiusculis, ochreis integerrimis obtusis, spicâ oblongâ, bracteis longè cuspidatis, stylis tripartitis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀. *Bunmooroa Indigenis.*

Caules erecti, bipedales, infernè glabri, angulati, versus apicem et ad genicula villosi. *Flores* purpurei, pedicellati, cernui, bracteis vix longiores. *Perianthii laciniæ* ovali-oblongæ, obtusæ.

Obs. Species præcedentes *P. Bistortæ* affines.

3. *P. macrophyllum*, foliis lanceolatis obtusiusculis coriaceis integerrimis glabris; radicalibus longè petiolatis, ochreis integris obtusis, spicâ ovatâ pedunculatâ, bracteis ovatis cuspidatis, stylis trifidis staminibus duplò brevioribus.

Hab. in Gosaingsthan Nepalesium. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, sæpius sesquipedales, glabri. *Folia* 3-5-pollinaria. *Petioli* 5 uncias longi. *Flores* purpurei, cernui, bracteis longiores. *Perianthii laciniis* ovalibus, obtusis.

4. *P. affine*, foliis lanceolatis acutis integerrimis glabris; caulinis subsessilibus, ochreis integris truncatis, spicâ oblongâ, floribus erectis, bracteis obtusis pedicellis brevioribus, perianthii laciniis rotundatis, stylis altè tripartitis.

Polygonum viviparum. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, spithamæi, glabri, geniculati. *Folia* unciam v. sesquiunciam longa. *Spicæ* nunc geminæ, nunquam viviparæ. *Flores* rosei, *P. viviparo* triplò majores.

5. *P. angustifolium*, foliis linearibus obtusis margine revolutis subtilis niveo-tomentosis, ochreis integris apice rotundatis, spicâ oblongâ, floribus cernuis pedicellatis, bracteis longè cuspidatis, perianthii laciniis lineari-oblongis obtusis, stylis trifidis.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, palmares pedalesve, glabri. *Folia* 2-3-pollinaria. *Spicæ* biunciales v. ultrâ. *Flores* rosei.

6. *P. tenue*, foliis radicalibus oblongis obtusis petiolatis subtilis pubescentibus basi rotundatis margine crenulatis; cau-

linis linearibus sessilibus margine revolutis, ochreis apice truncatis, spicâ subrotundâ, bracteis ovatis acutis, floribus pedicellatis bracteis longioribus, stylo triplici.

Hab. in Nepaliâ alpinis. *Wallich.* ♀.

Planta in hac sectione omnium minima ac gracillima. *Caules* erecti, 4-pollicares. *Flores* purpurei, *Perianthii lacinia* ovales, obtusæ.

Sect. 2. Polygonum. *Perianthium* 5-partitum, subcarnosum, coloratum, sæpè punctis pellucidis fenestratum. *Stamina* 5-8. *Stylus* trifidus. *Nux* triquetra, perianthio inclusa.

Herbæ annuæ aut perennes, sæpiùs radice fibrosâ. Caules ramosi. Folia integerrima. Spicæ plures, terminales, sæpè paniculatæ.

7. *P. hispidum*, floribus 8-andris semitrigynis, spicis densis, floribus elongatis subpaniculatis, foliis lanceolatis acuminatis utrinque asperè hirsutis, ochreis bracteisque setis longissimis ciliatis, caule erecto.

Polygonum hispidum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ☉. Floret Septembri.

Caules erecti, sesquipedales, pilis setosis hispidi. *Folia* tri-pollicaria. *Ochreae* dilatatae, internodia æquantes, extus setosæ, ad oras setis longissimis instructæ. *Spicæ* numerosæ, erectæ, pedunculatæ. *Flores* albi.

8. *P. viscosum*, floribus 8-andris semitrigynis, spicis brevibus densis, foliis lanceolatis ellipticisve obtusiusculis hispidè pilosis, ochreis truncatis hispidis, caule erecto ramoso densè setoso et glanduloso.

Polygonum viscosum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suambu Nepaliâ superioris. *Hamilton.* ☉.

Floret Aprili.

Præcedenti affinis. *Caulis* pedalis v. bipedalis, rigidus flexuosus, undiquè hispidissimus et densè tectus glandulis pedicellatis viscidis. *Flores* purpurei.

9. *P. glabrum*, floribus 8-andris trigynis, spicis elongatis filiformibus, pedicellis bracteolo tubulato longioribus, foliis lanceolatis acuminatis glabris basi attenuatis, caule assurgente lævi.

Polygonum glabrum. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Obs. *P. Hydropiperi* proxima.

10. *P. Posumbu*, floribus 8-andris trigynis, spicis filiformibus tenuifloris, bracteolis tubulatis bifloris setaceo-ciliatis, foliis ovato-lanceolatis acutis læviusculis, ochreis setaceis petiolo longioribus.

Polygonum Posumbu. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

11. *P. tortuosum*, floribus 8-andris trigynis, spicis geminis

erectis brevissimis tenuifloris, pedunculis pedicellisque hirsutis, perianthiis glabris, bracteis ochreisque truncatis pilosis, foliis ovalibus obtusis pubescentibus, caule ramoso flexuoso.

Polygonum tataricum. Wallich in Litt.

Hab. in Nepaliæ alpiibus. Wallich. ♀.

Radix repens? Caules adscendentes, ramosi, flexuosi, pedales, geniculati, pubescentes, obsolete 10-anguli. Flores squalidè albi, verè trigyni, stylo triplici, nec trifido.

Obs. *P. sericeum* Pall. Itin., cui nostrum simillimum, facillè dignoscitur caule ramisque pilosis, foliis sericeo-villosis, spicis longioribus densioribusque, perianthiis pilosis, bracteis ochreisque densè setosis.

12. *P. aviculare.* Linn.

Polygonum prostratum. Roxb. MSS.

Hab. in Nepaliâ superiore. Hamilton. ☉.

13. *P. molle,* floribus 8-andris trigynis, paniculâ elongatâ densâ, foliis ovali-oblongis acuminatis petiolatis subtùs sericeis, ochreis divisis, caule erecto simplici villosa.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀.

Caulis bipedalis aut ultrâ. Flores parvi, albi, spicati, in paniculâ magnâ terminales, sessiles. Styli 3, patentes. Stigmata capitata.

14. *P. punctatum,* floribus 8-andris semitrigynis, capitulis sphæricis terminalibus, bracteis ovatis acutis flore longioribus, foliis ovalis acutis subtùs glanduloso-punctatis basi angustatis amplexicaulibusque, ochreis basi glandulosis, caule erecto ramoso.

Polygonum punctatum. Hamilton MSS.

β. *alatum,* foliis brevioribus utrinque cauleque pilosis.

Polygonum alatum. Hamilton MSS.

Hab. α in Nepaliâ ad Narainhetty (Hamilton. Wallich); β ad Suembu Nepaliæ superioris. Hamilton. ☉. Floret Augusto; β Junio.

Radix fibrosa. Caulis erectus, teres, spithamæus v. pedalis, glaber. Capitula sæpè geminata; altero sessili; altero pedunculoso. Flores albi. Stylus elongatus. Stigma triplex.

15. *P. microcephalum,* floribus 8-andris trigynis, capitulis globosis pedunculatis, bracteis lacerato-fimbriatis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis petiolatis pilosiusculis margine ciliatis, caule erecto simplici.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀.

Caules 10-pollicares v. sesquipedales, læves, erecti. Folia 3-pollicaria, utrinque adpressè pilosa. Ochreæ tubulosæ, laxæ, scariosæ, pilosæ, ciliatæ, petiolo breviores. Flores parvi, albi, in capitulis globosis, magnitudine *Pisi* digesti.

16. *P. capitatum*, floribus 8-andris semitrigynis, capitulis globosis, foliis ovatis acutis petiolatis utrinque cauleque radicante lanuginosis.
 Polygonum capitatum. *Hamilton MSS.*
Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.
Caules plures, divisi, 4-5-pollicares.
17. *P. runcinatum*, floribus 8-andris trigynis, capitulis subrotundis solitariis, foliis lyratis! dense pilosis; segmento terminali maximo triangulari-ovato acuminato, ochreis obtusis hirsutis.
 Polygonum runcinatum. *Hamilton MSS.*
Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.
 Sect. 3. Helxine. *Perianthium* 5-partitum, coloratum. *Stamina* 8. *Stylus* tripartitus. *Nux* triquetra v. angulata, perianthio longior.
Herbæ annuæ v. rariùs perennes, radice fibrosâ. Caules ramosi, erecti v. decumbentes, sæpè volubiles. Folia sagittato-cordata. Flores racemosi.
18. *P. sagittatum*, foliis sagittato-lanceolatis acutis margine carinâque spinulosis, ochreis petiolo triplò longioribus setaceo-ciliatis, caulibus petiolisque retrorsum spinulosis.
 Polygonum sagittatum. *Linn.*
Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.
Caulis sesqui v. bipedalis, gracilis, simplex. *Folia* ferè 3-pollicaria.
19. *P. patens*, foliis cordato-oblongis cuspidatis margine crispato-repandis subtùs pubescentibus, floribus glomeratis paniculatis, ochreis integris nudis, caule decumbente.
Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.
 Obs. Facie omninò *P. chinensis* *Linn.*, quod tamen discrepat foliis multò brevioribus latioribusque margine planis utrinque glabris.
20. *P. ciliatum*, floribus 8-andris trigynis, capitulis sphaericis axillaribus pedunculatis, ochreis barbatis, foliis ovato-oblongis acuminatis ciliatis basi attenuatis; supremis sessilibus basi cordatis, caule decumbente.
 Polygonum ciliatum. *Hamilton MSS.*
Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.
21. *P. dibotrys*, foliis sagittato-cordatis acutis subtùs pubescentibus: lobis rotundatis, pedunculis axillaribus nudis apice dichotomis, racemis conjugatis brevibus recurvatis, floribus secundis, pedicellis medio articulatis.
 Polygonum Fagopyrum. *Hamilton MSS.*
Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ☉. Floret Septembri.
22. *P. emarginatum*, foliis sagittato-cordatis glabris, racemis

confertifloris, perianthii foliolis ovali-oblongis nucis dimidio longioribus, nucibus triquetris apice truncatis emarginatis: angulis alatis cartilagineis, caule erecto ramoso, ochreis apice deciduis.

Polygonum emarginatum. *Roth Cat. Bot.* 1. p. 48. *Willd. Sp. Pl.* 2. p. 454.

Hab. prope Nitee ad confines Sinorum Imperii, in cultis. *W. S. Webb.* ☉.

Obs. I. Planta, ut et sequens, vix esse spontanea creditur, quia ab incolis culta fuit a temporibus remotis.

Obs. II. *Polygonum Fagopyrum* à præcedente differt: foliis perianthii latè ovalibus nucis dimidio longioribus, nucibus angulis obtusioribus, nec acutis apiceque integris, racemis brevioribus.

23. *P. tataricum*, foliis sagittato-cordatis glabris, racemis elongatis tenuifloris, perianthii foliolis nuce triplò brevioribus, nucibus trigonis apice integris: angulis crassioribus subrepandis, caule erecto simpliciusculo, ochreis apice persistentibus.

Polygonum tataricum. *Linn.*

Hab. in Bhotaniæ et Nepaliæ arvis alpinis, prope confines Sinorum Imperii. *W. S. Webb.* ☉.

COCCOLOBA. *Linn. Gen.* 196. *Juss. Gen.* 82.

1. *C. Totnea*, foliis lanceolatis acuminatis utrinque pubescentibus, racemis paniculatis, pedunculis hirtis, laciniis calycinis oblongis obtusis.

Coccoloba Totnea. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* 7.

Totny *Parbuticè*, Patu Swa *Nawaricè* dicta.

Frutex ramosus. *Rami* undique hirsuti, et observante Hamiltonio esculenti sunt.

KCENIGIA. *Linn. Mant.* 35. *Juss. Gen.* 83.

1. *K. nepalensis*, hispidè pilosa; foliis ovatis acutis, floribus trigynis, nucibus triquetris.

Hab. in Gosaingsthan Nepaliæ. *Wallich.* ☉.

Radix fibrosa. *Caules* erecti, ramosi, bipollicares, setis retrorsis suppediti. *Folia* ovata, acuta, integerrima, petiolata, utrinque hispidè pilosa. *Ochreae* breves, amplæ, laxæ, pilosæ. *Flores* terminales, subsessiles, glomerati. *Perianthium* tripartitum.

RUMEX. *Linn. Gen.* 178. *Juss. Gen.* 82.

1. *R. hastatus*, glaucus; foliis tripartitis petiolatis hastatis glabris: lobis lateralibus linearibus obtusis patulis; inter-

medio longiore, floribus polygamis, perianthii foliolis 3 exterioribus ovali-oblongis; interioribus reniformibus reticulatis, caule ramosissimo adscendente.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* 7.

Herba glauca, palmaris, facie *Rumicis Acetosellæ*.

Radix videtur repens. *Caules* teretes, striati, adscendentes, divaricati. *Flores* conferti.

RHEUM. *Linn. Gen.* 201. *Juss. Gen.* 82.

1. *R. australe*, foliis subrotundo-cordatis obtusis planis subtus margineque scabris sinu baseos dilatatis, petiolis subcatis teretiusculis cum ramis pedunculisque papilloso-scabris, perianthii foliolis ovali-oblongis apice crenulatis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* 7.

Tota planta verrucis minutissimis cartilagineis ferè scabrosa.

Radix fusiformis, ramosa, internè aurantii coloris, suprâ rudimentis foliorum marcidorum tecta. *Folia* radicalia, parva, 3-4 pollices longa, ferè 3 uncias lata. *Petioles* graciles, teretiusculi, 4-pollicares, angulato-sulcati. *Caulis* sesqui v. bipedalis.

CHENOPODEÆ. *Decand.*

CHENOPODIUM. *Linn. Gen.* 121. *Juss. Gen.* 85.

1. *C. giganteum*, foliis inferioribus ovatis dentatis; superioribus oblongis subintegerrimis apice rotundatis mucronulatisque, spicis simplicibus racemosis foliosis, caule stricto.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis strictus, ramosus, orgyalis, multangulus, sæpiùs purpurascens. *Rami* erecti, foliosi. *Spicæ* sesquipollicares, simplices, in ramis axillares, confertè racemi instar dispositæ.

AMARANTHACEÆ. *Juss.*

AMARANTHUS. *Linn. Gen.* 490. *Juss. Gen.* 88.

1. *A. speciosus*, pentandrus; caule erecto ramoso, foliis elliptico-oblongis subtus purpureis, racemo terminali composito cernuo.

Amaranthus speciosus. *Bot. Mag.* t. 2227.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

CELOSIA. *Brown.*

CELOSIÆ Sp. *Linn.*

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, basi in cyathulam edentulam connata. *Antheræ* biloculares. *Stylus* brevis. *Stigma* simplex, capitatum, emarginatum v. trilobum. *Capsula* polysperma, circumscissa.

1. *C. margaritacea*, foliis ovatis acutis, stipulis falcatis, spicâ ovato-oblongâ scariosâ pedunculosâ, stigmatate trilobo.

Celosia margaritacea. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

ALTERNANTHERA. *Forsk., Brown.*

Perianthium 5-partitum. *Stamina* 5, basi connata in cyathulam ovario brevior, cum v. absque dentibus brevioribus: *filamentis* 2 sæpè castratis. *Antheræ* uniloculares, ovales. *Stylus* brevissimus. *Stigma* capitatum. *Utriculus* obreniformis, compressus, evalvis, semine amplior. *Brown l. c.* p. 416.

Obs. Illecebrî nomen ad *Illec. verticillatum* restitui debet, quod cum *I. cymoso* distinctum genus efficit, *Paronycheæ* proximum. *Brown l. c.*

- * *Filamentis duobus castratis, dentibus interjectis obsoletis.* *Alternantheræ* propriæ. *ibid. l. c.*

1. *A. prostrata*, perianthiis glabris: foliolis ovatis acutis utriculo vix longioribus, foliis lanceolatis obtusis denticulatis glabris: axillis barbatis, caule reptante tetragono lævi.

Illecebrum triandrum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad pagum Bassaria dictum, in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.
Floret Martio.

CLADOSTACHYS.

ACHYRANTHI Sp. *Linn.*

Perianthium 5-phyllum, demùm reflexum. *Stamina* 5, basi libera. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3, linearia, revoluta. *Capsula* 1-ocularis, polysperma.

Frutex *ramosissimus, diffusus, glaber.* Folia *alterna, ovata, acuta, petiolata.* Spicæ *longissimæ, paniculatæ.* Flores *parvi, albi.*

Obs. Nomen derivatum est à κλάδος, ramus, et στάχυς, spica.

1. *C. frutescens.*

Achyranthes muricata. *Linn.*

Blitum frutescens. *Rumph. Amb.* 5. p. 235. t. 83. f. 2.
Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret
 Septembri.

PLANTAGINEÆ. *Juss.*

PLANTAGO. *Linn. Gen.* 57. *Brown Prod.* 1. p. 424.

1. *P. lanceolata.* *Linn.*

Plantago attenuata. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 422.

Hab. in Nepaliâ, ad margines arborum, juxta urbem Katmandu. *Gardner.* ♀. Floret Æstate.

Obs. Nullo modo differt a plantâ europæâ, quæ verè altitudine ac glabritie maximè variat.

2. *P. erosa,* foliis ellipticis obtusis sinuato-dentatis utrinque glabris, scapis filiformibus assurgentibus glabris folia superantibus, spicis elongatis tenuifloris, corollis calyce glabro vix longioribus: laciniis ovatis acutis.

Plantago erosa. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 423.

P. filiformis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ, ad Suembu (*Hamilton*), prope Katmandu. *Gardner.* ☉. Floret Æstate.

Obs. Proxima *P. virginicæ*, quæ differt foliis elliptico-oblongis minùs dentatis utrinque villosis, scapis strictis villosis, calycibus villosis, corollis calyce duplò longioribus: laciniis ellipticis.

PRIMULACEÆ. *Vent. Brown.*

LYSIMACHIÆ. *Juss.*

PRIMULA. *Linn. Juss.*

Calyx tubulosus, 5-dentatus. *Corolla* hypocrateriformis, limbo 5-loba, patula: *faux* pervia. *Stamina* 5, inclusa. *Antheræ* obtusæ. *Stigma* capitatum. *Capsula* apice 5-10-valvis.

Herbæ perennes. *Folia rosulata, indivisa.* *Flores umbellati, aut rarò solitarii, scapo insidentes, colore varii.*

* *Foliis rugoso-venosis, floribus solitariis.*

1. *P. tridentata,* foliis erosè serrulatis dentatisve cuneato-oblongis sessilibus v. ovalibus longè petiolatis, scapis unil-

ris foliis brevioribus, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis, lobis corollæ acutè tridentatis, stigmatè clavato.

Primula Cushia. *Hamilton MSS.*

P. petiolaris. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 22.*

P. nana. *Ibid. l. c. p. 23.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty (*Hamilton*), in Gosaings-than. *Wallich.* ♀. Floret Februario.

Herba facie *P. vulgaris*, cæspitosa. *Folia* conferta, nunc aut cuneato-oblonga, bi v. tripollicaria, sessilia, humi patentia, sive ovalia, erecta, longè petiolata, sesqui v. bipollicaria, basi acuta; omnia reticulato-venosa, glabra, rugosiuscula, margine erosè serrulata aut runcinato-dentata. *Scapi* numerosi, filiformes, gracillimi, uniflori, sesqui s. tripollicares, glabri, foliis breviores. *Flores* rosei, magnitudine *P. elatioris*. *Calyx* oblongus, tubulosus, tubo corollæ brevior: *laciniis* lanceolatis, apice longè cuspidatis. *Corollæ tubus* cylindraceus, semiuncialis: *limbus* planus: *segmentis* latè cuneatis, apice acutè tridentatis. *Stigma* paulò oblongum.

* * *Foliis rugoso-venosis, floribus umbellatis.*

2. *P. altissima*, foliis cordato-ovalibus oblongisve obtusis crenatis rugosis, petioli longissimis simplicibus, involucri foliolis elliptico-oblongis dentatis, calycibus 5-angulis: dentibus ovato-lanceolatis corollæ tubo brevioribus, limbi laciniis obcordatis.

Primula reticulata. *Wall. in. l. c. p. 21.*

Hab. in Gosaingsthan regione alpinâ Himalayæ jugi Nepaliæ. *Wallich.* ♀.

Radix fibris longissimis flagellæ formâ composita. *Folia* numerosa, erecta, longè petiolata, ovalia v. oblonga, obtusa, membranacea, basi cordata, utrinque reticulato-venosa ac rugosa, bi v. tripollices longa, sesquiunciam lata, margine inæqualitè crenata. *Petioli* spithamæi, simplices. *Scapus* rectus, sesqui v. nunc ferè bipedalis, teres, glaber. *Umbella* laxa, multiflora. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* latis, foliaceis, elliptico-oblongis lanceolatisve, pedicellis brevioribus, supernè dentatis. *Pedunculi* pollicares v. sesquipollicares, recti, filiformes, inæquales, pulverulenti. *Flores* erubescence-purpurei. *Calyx* obturbinatus, 5-angulus, dimidio tubi corollæ ferè brevior: *dentibus* lanceolatis, acutis. *Corollæ limbus* explanatus: *lobis* obcordatis.

3. *P. speciosa*, foliis ovali-oblongis utrinque planis erosè dentato-serratis basi subcordatis, petioli prælongis dilatatis, involucri foliolis lanceolatis integerrimis, calycibus planis: laciniis ellipticis obtusis, limbi lobis oblongis apice bifidis.
- Hab.* in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀.

Herba facie et magnitudine præcedentis; sed paulò robustior. *Folia* ovali-oblonga, obtusa, plana, reticulato-venosa, 3-pollicaria, sesquiunciam lata, margine erosè dentato-serrata, basi subcordata. *Petioli* 4 v. 5-pollicares, basin versus valdè dilatati, margine membranaceo instructi. *Scapus* erectus, sesquipedalis, teres, glaber. *Umbella* laxa, multiflora, pulvere farinoso suffusa. *Involuerum* polyphyllum, pedunculis triplò v. 4-plò brevius: *foliis* lanceolatis, acuminatis integerrimis. *Pedunculi* recti, sesquiunciales. *Flores* speciosi, rubri. *Calyx* campanulatus, 5-fidus, planus, nec angulatus: *laciniis* ellipticis, obtusis, conniventibus. *Corollæ* *tubus* cylindraceus, dilatatus, calyce duplò longior: *limbus* explanatus: *lobis* oblongis, apice bifidis.

* * * *Foliis planis venosis utrinque scapisque farinosis, floribus umbellatis.*

4. *P. rotundifolia*, foliis rotundato-cordatis grossè serratis, petiolis longissimis simplicibus, umbellâ pauciflorâ, laciniis calycinis ovato-lanceolatis, limbi segmentis integerrimis.

Primula rotundifolia. Wall. in l. c. p. 18.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. Wallich. 2. Sapha Nitaha Indigenis.

Planta elegantissima, ferè tota pulvere farinaceo suffusa. *Radix* cæspitosa, fibris longis. *Folia* erecta, longè petiolata, rotundato-cordata, v. nunc subreniformia, grossè ac inæqualitèr serrata, pollicem v. sesquipollicem longa, latitudine ferè æquali, glabra, suprâ demùm nuda et viridia, subtùs cumque junioribus farinosa. *Petioli* 3-5-unciales, angustissimi. *Scapi* recti, 5-7-pollicares, filiformes, graciles. *Umbella* pauci-(3-8-)flora. *Flores* purpurei, magnitudine *P. villosæ*. *Calyces* campanulati, 5-fidi, tubo corollæ duplò v. triplò breviores: *laciniæ* ellipticæ, acutæ. *Corollæ* *limbus* concavus: *segmentis* cuneato-rotundatis, integerrimis. *Capsula* apice 5-valvis.

5. *P. denticulata*, foliis cuneato-oblongis impetiolatis basi attenuatis utrinque reticulato-venosis pubescentibus margine erosè denticulatis serratisve, umbellâ multiflorâ congestâ, involucri foliolis linearibus mucronatis, laciniis calycinis lanceolatis acutis, corollæ segmentis bipartitis: tubo inflato.

Primula denticulata. Smith Exot. Bot. t. 114. Wall. in l. c. p. 17.

Primula elata. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty et oppidum Chitlong Nepalensium (Hamilton), in alpinis prope urbem Katmandu. Wallich. 2. Floret Aprili. Neccabu Nawaricè.

Radix cæspitosa, fibris longis. *Folia* numerosa, cuneato-oblonga, impetiolata, 3-4 pollices longa, semi v. unciam lata, membranacea, reticulato-venosa, subtùs rugosiuscula, utrinque pubescentia, demùm nuda, margine acutè atque crebrè denticulata s. inæqualitèr serrata, basi attenuata; *juniora* utrinque farinosa, ac nunc tomentosa, margine revoluta. *Scapus* strictus, firmus, 4-uncialis pedalisve, cylindraceus, lævis, crassitie pennæ corvinæ. *Umbella* congesta. *Involucrum* polyphyllum: *folioli* linearibus, mucronatis. *Flores* magnitudine *P. farinosæ*, lilacini, brevissimè pedicellati. *Calyx* campanulatus, corollæ tubo duplò brevior: *laciniis* lanceolatis, acutis, rectis. *Corolla* tubus supernè inflatus: *limbus* planus: *segmentis* brevibus, cuneatis, profundè bifidis.

6. *P. macrophylla*, foliis elliptico-oblongis mucronatis glabris acutè serrulatis, petiolis valdè dilatatis, umbellâ pauciflorâ, involucrio tetraphyllo, calyce profundè 5-fido: laciniis linearibus obtusis carmatis tubum corollæ subæquantibus, limbi segmentis obcordatis.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 2.

Radix rudimentis foliorum marcidorum suprâ tecta, fibris longissimis crassis lanuginosis composita. *Folia* erecta, elliptico-oblonga, mucronata, 4-uncialia, v. nunc spithamæa, ferè pollicem lata, plana, subcoriacea, glabra, basi acuta, margine argutè serrulata v. dentato-serrata, suprâ viridia, subtùs cum junioribus farinosa. *Petioli* longi, crassi, valdè dilatati, margine membranacci. *Scapus* erectus, pedalis v. sesquipedalis, teres, glaber. *Umbella* 4-flora. *Involucrum* 4-phyllum: *folioli* linearibus, acutissimis, pedicellis 4-plò brevioribus. *Flores* pallidè lilacini. *Calyx* profundè 5-fidus cum pedicellis pulverulentus: *laciniæ* latè lineares, obtusissimæ, carinatæ, tubi corollæ longitudine. *Corollæ limbus* explanatus, diametro semiuncialis: *lobis* obcordatis.

7. *P. Stuartii*, foliis lanceolatis acutis serratis glabris, petiolis dilatatis, umbellâ pauciflorâ, involucrio polyphylo, calyce 5-partito: laciniis lineari-lanceolatis acutis tubo corollæ plurimùm brevioribus, limbi segmentis 4-dentatis.

Primula Stuartii. *Wall. in l. c. p. 20.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 2. Masoo Nitaha *Indigenis.*

Radix cæspitosa, fibris longissimis crassis composita. *Folia* numerosa, erecta, lanceolata, acuta, crebrè serrata, basi attenuata, suprâ glabra, subtùs cum junioribus omninò pulvere farinaceo subtili albido-sulphurco oblecta. *Petioli* foliorum continui, latè dilatati, membranacei, nervosi, basi vaginato-imbricati. *Scapi* erecti, teretes, fistulosi, un-

dique, præsertim apicem versus, farinosi, altitudine variâ 3-4-pollicares, sive nunc pedales, semper foliis duplò terve longiores. *Umbella* 8-flora. *Involucrum* polphyllum : *foliis* lineari-lanceolatis, apice attenuatis, pedicellis duplò v. triplò brevioribus. *Flores* pallidè lilacini, magnitudine *P. clatioris*. *Calyx* farinosus, profundè 5-partitus : *laciniis* lineari-lanceolatis, acutis. *Corollæ tubus* cylindræus, prope faucem ampliatus, calyce plurimùm longior : *limbus* explanatus : *segmentis* cuneatis apice 4-lobis.

Obs. Antecedenti proxima, sed pluribus differt.

* * * * *Foliis planis glabris viridibus, umbellis proliferis.*

8. *P. prolifera*, foliis oblongo-spathulatis obtusis serrulatis glabris, floribus verticillatis, involucro polyphylo subulato pedicellis breviorè, laciniis calycinis lanceolatis acutis, corollæ segmentis obcordatis crenulatis.

Primula prolifera. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 372. (cum figurâ), in *Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 18.

Hab. in montosis prope Sylhet Bengalix orientalis. *Wallich.* ♀. Floret Februario et Aprili.

Folia spithamæa v. dodrantalia, utrinque glabra, viridia, infernè attenuata. *Scapus* foliis duplò longior. *Umbella* densa, multiflora, demùm elongatione in verticillos duos v. plures mutata. *Flores* flavi, odorati.

Obs. Primula verticillata *Vahlî*, speciem esse veram *Lysimachix* videtur.

ANDROSACE. *Linn., Juss.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* hypocrateriformis, limbo 5-loba, patula : *faux* coarctata, glandulosa. *Stamina* 5. inclusa. *Antheræ* obtusæ. *Stigma* capitatum. *Capsula* apice 5-valvis.

Herbæ annuæ v. perennes. *Folia rosulata, indivisa.* Flores *umbellati, sapius albi, scapo insidentes.*

1. *A. primuloides*, foliis lanceolatis acutis pinnatifido-serratis utrinque scapisque pubescentibus, umbellâ triflorâ, laciniis calycinis oblongis obtusis, corollæ segmentis bifidis : fauce barbata.

Primula pusilla. Wall. in l. c. p. 22.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀.

Planta perennis, densè cæspitosa, facie et magnitudine *Primulæ mistassinicæ* non paulò accedens. *Radix* fibris longissimis composita, suprâ rudimentis foliorum marcidorum tecta. *Folia* numerosa, lanceolata, acuta, patula, pinnatifido-serrata, vix semipollicem longa ac lineam lata, utrinque pubescentia, basi in petiolum breve attenuata. *Scapi* erecti, bipollicares, filiformes, pilis brevissimis glau-

dulosi levitèr suppeditati. *Umbella* 3-flora. *Involucrum* 3-phyllum : *foliolis* lanceolatis pedicellis triplò longioribus. *Pedicelli* brevissimi, pubescentes. *Flores* rosei, majores. *Calyces* campanulati, viscidè pubescentes : *laciniis* oblongis, obtusis. *Corollæ tubus* calyce brevior, glanduloso-tomentosus : *limbus* planus, lobis profundè bifidis : *faux* coarctata, lanâ viscosâ tecta. *Capsula* globosa, calyce brevior, apice 5-valvis.

- [2. *A. sarmentosa*. sarmentis elongatis filiformibus radicanibus, foliis cuneato-lanceolatis mucronulatis integerrimis villosissimis, umbellâ multi-radiatâ, limbi segmentis integerrimis.

Androsace sarmentosa. *Wall. in l. c. p. 14.*

A. lanuginosa. *ibid. l. c. p. 15.*

Hab. in Gosaingthan Nepalensium. *Wallich. 7.* Nita et Nitaha *Indigenis*.

Planta perennis, sarmentosa, cæspitibus latè diffusis gaudens. *Sarmentum* numerosa, filiformia, villosa, aphylla, ad extremitatem comâ radicante foliorum instructa, 4-6-uncialia. *Folia* confertè aggregata, cuneato-lanceolata v. (si mavis) oblongo-spathulata mucronulata, integerrima, utrinque villis mollibus densè sericea atque canescentia, basi attenuata. *Scapi* stricti, 4-6-unciales, filiformes, villis viscidis rufescentibus undique lanuginosi. *Umbella* multi-(10-20)-flora. *Involucrum* polyphyllum : *foliolis* linearibus, obtusis. *Pedicelli* elongati, inæquales, patuli, involucro triplò longiores, undique lanuginosi. *Flores* carnei. *Calyces* campanulati, 5-dentati, canescente-villosi, nervosi : *dentibus* ovatis, obtusis. *Corollæ tubus* saturatior, vix calycem superans : *limbus* planus : *segmentis* cuneato-rotundatis, integerrimis. *Capsula* calyce longior, apice 5-valvis.

3. *A. rotundifolia*, foliis reniformi-cordatis serratis petiolatis utrinque scapisque hirsutis, umbellis multiradiatis, calyce 5-partito : laciniis ellipticis acutis.

Androsace rotundifolia. *Smith Exot. Bot. t. 113. Hardw. in Asiat. Res. 4. p. 350. Wall. in l. c. p. 14.*

A. incisa. *Wall. in l. c. p. 16.*

Hab. ad Narainhety Nepalensium. *Hamilton. Wallich. 6.* Floret Januario.

Radix fibrosa. *Folia* conferta, reniformi v. subrotundo-cordata, longè petiolata, patentia, serrata, 2 lineas ad pollicem longa ac lata, utrinque pilis patulis tecta. *Petioli* angustè lineares, pollicares v. sesquipollicares, undique hirsutissimi. *Scapi* plures, adscendentes, bipollicares, cylindracei, patuli, densè mollitèr pilosi. *Umbella* multi-(-5-10)-flora. *Involucrum* 6-8-phyllum : *foliolis* lanceolatis acutis. *Pedicelli* capillares, semiunciales, cum calycibus densè pilosi. *Laciniæ calycinæ* ellipticæ, acutæ, nervosæ ; *fructiferis*

patentibus. *Flores* parvi, candidi. *Corolla* calyce longior: *limbus* planus: *faux* pervia, annulata: *segmentis* integris, cuneato-rotundatis. *Capsula* globosa, apice 5-valvis.

Obs. Huic proxima est *Cortusa* Gmelini *Linn.*, quæ tamen discrepat: foliis minoribus magis reniformibus retusè crenatis, umbellis pauciradiatis, calycibus 5-dentatis, dentibus brevibus latè ovatis, corollâ calycem vix superante.

4. *A. cordifolia*, foliis cordato-ovalibus sinuato-dentatis utrinque pilosis, petiolis scapisque hirsutissimis, umbellâ pauciradiatâ, calycibus limbo foliaceis: dentibus latissimis mucronatis.

Androsace cordifolia. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 371. in *Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 17.

Hab. in Nepaliæ sylvis, prope urbem Katmandu. *Wallich.*

¶ Floret initio anni. *Boolee Swa Nawaricè.*

Planta facie *Heucherae*; sed multò minor. *Radix* lignosa, fusca, figurâ omninò *Heucherae* illi similis, fibris instructa, suprâ rudimentis foliorum marcidorum tecta. *Folia* cordato-ovalia, sinuato-dentata ac serrulata, bipollicaria, semi v. pollicem lata, utrinque pilosa. *Petioli* semiteretes, bipollicares, basi dilatati, undique cum scapis pilis longis articulatis tortuosis viscidis tecti. *Scapi* erecti, filiformes, foliis breviores. *Umbella* 3-4-radiata. *Involucrum* 3-4-phyllum: *foliolis* linearibus, acutis. *Flores* lactei, *A. maximæ*. *Calycis* *tubus* globosus, cum pedicellis lanuginosus: *limbus* foliaceus, latissimus, 5-dentatus, patulus: *dentibus* brevibus, mucronatis. *Corolla* calyce brevior: *limbus* planus, parvus: *faux* coarctata. *Stigma* clavatum. *Capsula* globosa, calycis tubo obvoluta, 1-ocularis, apice 5-valvis.

LYSIMACHIA. *Linn. Gen.* 83. *Juss. Gen.* 95.

* *Floribus solitariis axillaribus.*

1. *L. debilis*, foliis oppositis ovatis acutis petiolatis integerimis pubescentibus, laciniis calycinis ovato-lanceolatis acuminatis corollâ rotatâ longioribus, pedunculis axillaribus unifloris petiolo brevioribus, caule repente tereti tomentoso.

Lysimachia debilis. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 25.

Anagallis pilosa. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. *Hamilton. Wallich.*

¶ Floret Maio.

Herba facie *L. Nummulariæ*. *Capsula* 5 valvis dehiscens.

2. *L. tetragona*, pubescens; foliis alternis ellipticis petiolatis utrinque acutis, pedunculis capillaribus petiolo multò longioribus, laciniis calycinis lanceolatis mucronatis corollâ longioribus, caule erecto tetragono.

Lysimachia alternifolia. *Wall. in l. c. p.* 26.

L. eavalvis. *Ibid. p.* 27.

L. quinquangularis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Augusto.

Caulis erecti, 6-pollicares, ramosi. *Flores* aurei. *Capsula matura* verè 5 valvis dehiscens.

3. *L. heterophylla*, foliis inferioribus oppositis ellipticis lanceolatisve; superioribus linearibus, floribus in apice caulis axillaribus brevè pedicellatis, laciniis calycinis linearibus corollâ longioribus.

Lysimachia pyramidalis. *Wall. in l. c. p. 28.*

Anagallis multangularis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suambu. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Maio.

Caulis erectus, pedalis, teres, facie *L. strictæ.* *Flores* aurei, axillares, solitarii, in apice caulis dispositi.

* * *Floribus racemosis.*

4. *L. secunda*, glabra; foliis ovatis acutis integerrimis petiolatis, racemis terminalibus spicatis secundis, floribus cernuis, laciniis calycinis ovato-lanceolatis acutis corollâ brevioribus margine membranaceis, genitalibus exsertis.

Lysimachia secunda. *Hamilton MSS.*

L. lobelioides. *Wall. in l. c. p. 29.*

Hab. ad Suambu Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Junio.

Caulis erectus, an suffrutescens? *Rami* elongati. *Folia* lætè viridia. *Flores* parvi, cernui, ochroleuci.

LENTIBULARIÆ. *Rich, Brown.*

UTRICULINÆ. *Link & Hoffm.*

UTRICULARIA. *Linn. Gen. 14. Juss. Gen. 98.*

1. *U. confervifolia*, scapo recto paucifloro, labio inferiore bilobo; superiore longiore indiviso, calcare brevissimo conico acuto subtùs carinato, foliis capillaceo-multifidis.

Utricularia confervæfolia. *Jackson in Herb. Lamb.*

U. vulgaris. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Habitus omninò *U. vulgari* accedit; sed differt: foliis magis tenuissimè divisis segmentis multò longioribus capillaceis, vesiculis nullis, scapo pauci (4-) floro, labio superiore indiviso, inferiore bilobo.

2. *U. capillaris*, aphylla; scapo capillari paucifloro, squamis minimis acutis instructo, labiis indivisis; superiore subrotundo; inferiore ovato-acuto longiore, calcare conico.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Radix capillaceo-fibrosa. *Caulis* simplex, rariùs dichotomus, 3-4-uncialis, capillaris. *Flores* cærulei.

SCROPHULARINÆ. *Brown.*

PERSONATARUM Genera. *Linn.*

SCROPHULARIÆ. *Juss.*

PEDICULARUM Genera. *Juss.*

GRATIOLA. *Brown.*

GRATIOLÆ Sp. *Linn.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* tubulosa, bilabiata, labio superiore bilobo, inferiore trifido æquali. *Stamina* 2 antherifera, 2-3 sterilia. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* 4-valvis, dissepimento e marginibus inflexis tardiùs solubilibus.

Herbæ oppositifoliæ. *Flores axillares, bibracteati.* *Brown* Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 435.

1. *G. cordifolia*, caule procumbente ramoso, foliis cordatis petiolatis crenulatis, pedunculis elongatis unifloris; fructiferis pendulis, laciniis calycinis lineari-lanceolatis mucronatis, capsulâ mucronatâ calyce longiore.

Gratiola cordifolia. *Vahl. Enum. I. p. 97.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Caulis procumbens, radicans.

LINDERNIA. *Linn. Mant. alter. 154. Juss. Gen. 122.*

1. *L. micrantha*, glabra; foliis linearibus obtusis integerrimis margine scabris, pedunculis capillaribus vix folio longioribus, segmentis calycinis linearibus obtusis, caulibus teretibus erectis simplicibus.

Hab. in Nepaliâ uliginosis. *Wallich.* ♀.

Herba glabra, virens. *Caules* 3-4-pollicares. *Flores* parvi, axillares, solitarii. *Calyces* profundè 5-fidi. *Stamina* 4, antherifera: *filamenta* medio anfracta, dente oblongo aucta: *antheræ* omnes fertiles.

Obs. *Gratiolæ* hyssopioidi *Linn.* affinis, sed diversa: foliis longioribus ac linearibus apice non attenuatis vix pedunculo brevioribus, caulibus teretibus.

VANDELLIA. *Linn. Mant.* 89. *Juss. Gen.* 122.

1. *V. numularifolia*, foliis subrotundo-cordatis acutè serratis sessilibus, pedunculis folio brevioribus, laciniis calycinis linearibus acutis, caule erecto simplicissimo tetragono.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caules graciles, 3-pollicares. *Flores* parvi, solitarii. *Calyces* 5-fidi. *Stamina* 4, antherifera; *duo superiora* longiora, filamentis glabris basi dilatatis declinatis flexurâ arcuâ supernè adscendentibus antheras steriles gerentibus labio superiore insertis; *inferiora* brevissima, erecta, filamentis itemque glabris, antheris polline turgidis.

TORENIA. *Linn. Gen.* 311. *Juss. Gen.* 122.

1. *T. diffusa*, subpilosa; calycis labio superiore tridentato; inferiore bifido, foliis ovatis acutis serratis asperis, floribus terminalibus subsessilibus, caule diffuso.

Columna diffusa. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ☉.

Herba diffusa, ramosa, pilosiuscula, radice annuâ. *Caules* angulati, pedales v. ultrâ. *Folia* opposita, ovata, acuta, petiolata, serrata, utrinque aspera, basi rotundata. *Flores* terminales, solitarii, magnitudine *Gratiolæ officinalis*, brevè pedicellati. *Calyx* subspathaceus, trifidus, 5-alatus: *lobis* latè ovatis, acutis; *superiore* latiore tridentato. *Corolla* tubulosa, calyce longior, fauce dilatata, limbo 5-loba, subbilabiata: *lobis* rotundatis. *Stamina* 4, antherifera, tubo inserta, glabra; *longiora* filamentis infra medium dente longo lineari instructis, utpotè serè bifurcatis; *alteris* duplò brevioribus latioribusque: *antheræ* bilobæ, loculis confluentibus, in *filamento* longiore minoribus, ac ideò fortè sterilibus. *Ovarium* ellipticum, biloculare, acutum. *Stylus* filiformis, glaber. *Stigma* bilamellosum.

MAZUS. *Lour. Coch.*

Calyx campanulatus, 5-fidus, æqualis. *Corolla* ringens; *labio superiore* bilobo, lateribus reflexis; *inferiore* trifido, lobis integris, basi bigibbosâ. *Stamina* didynama. *Stigma* bilamellatum. *Capsula* inclusa, bilocularis, bivalvis, valvis integris, medio septiferis.

Herbæ humiles. *Folia ad radicem conferta, caulina dum ulla opposita.* Scapi racemoso-multiflori vel uniflori. *Pedicellis alternis basi v. medio unibracteatis.* *Brown loc. cit.* p. 439.

Obs. Ad hoc genus, quod affinitate proximum Mimulo, pertinere videtur *Lindernia japonica Thunb.*, quæ forsân a *Mazo rugoso Lour.* haud diversa sit. *Br. l. c.*

1. *M. surculosa*, acaulis; foliis cuneatis dentatis longe petiolatis pilosis basi sinuatis, racemis radicalibus pilosis vix folia superantibus, calycibus hirsutis: laciniis latè rotundatis, surculis procumbentibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Herba hirsuta, acaulis. *Radix* fibrosa. *Surculi* procumbentes 2-4-pollicares. *Folia* omnia radicalia, longè petiolata, nisi illa quæ surculi gerunt. *Flores* magnitudine *Mazi rugosi*, qui abundè discrepat: plantâ majore ramosâ, calycibus lævibus laciniis lanceolatis.

CYBBANTHERA. *Hamilton MSS.*

Calyx 5-partitus, æqualis. *Corolla* tubulosa, limbo 4-loba, sub-bilabiata: lobis rotundatis; inferiore majore. *Stamina* 4, didynama, inclusa, antherifera. *Antheræ* fertiles biloculares per paria connexæ: loculis discretis parallelis, basi obtusis. *Stylus* compressus, supernè dilatatus, apice bidentatus. *Stigma* unilamellatum, declinato-patulum, oblongum, concavum, pruinatum. *Capsula* 2-ocularis, 4-valvis, apice dentibus 4 debiscens. *Placentæ* 2, medio septi adnatæ, convexæ, seminibus tectæ.

Herba glabra. *Caulis* erectus, ramosus, pedalis. *Folia* opposita, sessilia, ovata, basi connata, nervosa margine crenulata. *Flores* alterni, sessiles, spicati, tribracteati: bracteis 2 lateralibus angustè linearibus, obtusis; intermedio elliptico, maximo. *Segmenta calycina* ovato-lanceolata, acuminata, subcarinata. *Corolla* cærulea.

Obs. A Gratiolâ, cujus calycem et corollam habet, discrepat: antheris 4 fertilibus per paria connexis, figurâ stigmatum, capsulâ 2-oculari, necnon floribus sessilibus spicatis.

1 C. connata.

Cybbanthera connata. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* *Wallich.* ♀.
Floret Septembri. *Curnu Swa Nawaricè.*

CENTRANTHERA. *Brown.*

GUMTEOLIS. *Hamilton MSS.*

Calyx hinc fissus: laciniis 5 indè cohærentibus. *Corolla* infundibuliformis: limbo patente, 5-lobo, inæquali. *Stamina* inclusa. *Antheræ* lobis basi calcaratis. *Stigma* lanceolatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis: dissepimento contrario, placentifero, demùm libero.

Herbæ erectæ, hispida. *Folia* opposita, integra, angusta. *Spica terminalis.* *Flores* alterni, tribracteati, erectiusculi, purpurascens. *Capsula* ovata, acutiuscula: valvis integris vel bipartitis. *Semina* testâ laxâ, reticulatâ. *Albumen*

parcum. Embryo *teres*. Calyx *demum bipartibilis*. Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 438.

1. *C. nepalensis*, caule erecto ramoso, foliis inferioribus cuneato-oblongis; superioribus lineari-oblongis obtusis integerrimis, dentibus calycinis obtusis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. ☉. Gumteouli *Parbuticè*.

Tota planta pilis setosis omninò tecta. *Caulis* erectus, palmaris. *Folia* semi v. pollicaria. *Antherarum* loculis discretis filamentisque villosis, basi calcaratis. *Stigma* indivisum, oblongum, planum, obtusum. *Flores* sessiles, alterni. *Bracteæ laterales* medio multò minores.

Obs. Genus a Gerardiâ, cui affine, discrepat: calyce fisso, antherarum loculis discretis, stigmate indiviso.

SOPUBIA. *Hamilton MSS.*

Calyx campanulatus, 5-dentatus. *Corolla* campanulata: *tubus* calyce brevior: *limbus* patens, 5-lobus, subæqualis: *lobis* rotundatis. *Stamina* 4, exserta, æqualia, fertilia: *filamenta* glabra, plana: *antheræ* bipartitæ, nudæ: *loculi* discretis basi ecalcaratis; *fertilibus* ovalibus erectis per se connexis, internè longitudinalitèr dehiscentibus; *sterilibus* minimis, tubulosis, patulis. *Stigma* indivisum, sublanceolatum. *Capsula* 2-ocularis, 2-valvis. *Dissepimentum* completum, continuum, parallelum, utrinque placentiferum. *Semina* numerosa.

Herba *perennis*. *Caules plures* (2-3) *ex eadem radice*, erecti, *simplicissimi*, aut rariùs *ramosi*, *spithamæi* v. *pedales*, *teretes*, *foliosi*, *undique pilis brevissimis asperi*. *Folia opposita*, *lineari-angustissima*, *scabra*, *simplicia* v. *tripartita*. *Pedunculi in apice caulis axillares*, *oppositi alternive*, *uniflori*, *racemosi*. *Flores majusculi*, *purpurei*, *bibracteati*: *bracteis lineari-filiformibus*, *oppositis*, *a calyce pauld remotis*. *Calycis laciniis ovatis*, *obtusis*, *marginè lanatis*.

Obs. In Seymeriâ *Pursh*, cui proxima videtur *Sopubia*, loculi antherarum paralleli, subæquales, capsulæ septum contrarium. *Gerardia*, cui etiam affine nostrum genus, distinguitur: tubo corollæ calyce longiore, limbo bilabiato, fauce inflatâ, antheris bilobis barbatis loculis æqualibus fertilibus basi calcaratis, stigmate bilamellosopartito. Cum *Manuleâ* nulla videtur affinitas.

1. *S. trifida*.

Sopubia trifida. *Hamilton MSS.*

Manulea Sopubia. *ibid.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton*. ♀. Floret Junio. *Sopubi Swa Nawaricè*.

STEMODIA. *Linn.*

Calyx 5-fidus, æqualis. *Corolla* tubulosa, limbo 4-loba, subbilabiata; *labio superiore* indiviso; *inferiore* trilobo, lobis rotundatis. *Stamina* 4, didynama: *filamenta* singula apice bifurca, quasi biantherifera: *antherarum loculis* pedicellatis, æqualibus, pendulis, nudis, fertilibus. *Stigma* clavatum, integrum. *Capsula* bilocularis, 4-valvis, polysperma: *septo* duplici, membranaceo, contrario, è inflexo margine interioris parietis valvarum formato. *Placentæ* 2, oblongæ, scrobiculatæ, seminiferæ, septo adnatæ, demùm separantes.

Suffrutices aut Herbæ. *Folia opposita* (nunc alterna?) serrata, hirsuta. *Flores axillares, bibracteati, subsolitarii s. spicati, rosei aut purpurei.*

1. *S. grandiflora*, hirsutissima; foliis ovatis acutis grossè serratis petiolatis, floribus oppositis spicatis pedicellatis, bracteis ovatis crenatis maximis, laciniis calycinis rotundatis, stylo infernè villosa.

Stemodia grandiflora. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich. ♀.*
Floret Octobri.

Caules erecti, teretes, flexuosi, pedales aut sesquipedales, ramosi, undique hirsutissimi, viscosi. *Folia* magnitudine *Stachydis sylvaticæ*. *Flores* oppositi, brevè pedicellati, secundi, in apice ramulorum spicati, purpurei. *Corollæ tubus* hirsutus, calyce triplò longior: *limbus* 4-lobus, 2-labiatus; *labio superiore* indiviso, erecto. *Filamenta* infernè villosa, apice bifurca, quasi dianthera. *Antheræ loculis* æqualibus, fertilibus, externè deliscentibus.

2. *S. muraria*, hirsutissima; foliis ovatis acutis petiolatis serratis, floribus subsolitariis pedicellatis, laciniis calycinis ovatis mucronulatis.

Stemodia muraria. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. ♀.*

Radix cæspitosa, fibrosa. *Caules* numerosi, erecti, palmares, villosi, ramosi. *Folia* ferè *Calaminthæ*, opposita. *Flores* axillares, subsolitarii, brevè pedicellati, pallidè rosei. *Corolla* villosa, calyce duplò longior.

CHIRITA. *Hamilton MSS.*DIDYMOCARPI *Sp. Wall.*

Calyx tubulosus, 5-fidus. *Corolla* basi tubulosa, supernè ventricosa, campanulata, limbo 5-loba, bilabiata: lobis rotundatis, in æstivatione imbricatis. *Stamina* 2, antherifera, inclusa, absque rudimentis sterilium: *filamenta* glabra, basi conjugata, supernè arcuata: *antheræ* rotundatæ, nudæ,

biloculares, parallelo-adnatæ. *Ovarium* siliquosum. *Stylus* 1. *Stigma* bipartitum: *lobis* linearibus, obtusis. *Capsula* siliquosa, bilocularis, polysperma. *Dissepimentum* parallelum. *Semina* nuda.

Herbæ *perennes*, *hirsutæ*. *Caules simplices*. *Folia opposita disparia*, *petiolata serrata*. *Pedunculi axillares*, *oppositi*, *bibracteati*, *plerumquè uniflori*. *Flores magni*, *rubri*.

Obs. Genus, cujus locus in serie naturali adhuc dubius videtur, dum pluria de capsulâ atque semine jam inquirenda, nihilominus habitu ac stigmatè duplici Scrophularinis magis quam Didymocarpeis affinius videtur.

1. *C. urticifolia*, foliis ellipticis acutis subæqualibus serratis, pedunculis unifloris folio brevioribus, laciniis calycinis lineari-lanceolatis obtusis.

Chirita urticifolia. *Hamilton MSS.*

Didymocarpus speciosa. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Augusto.

Caulis palmaris pedalisve, adscendens, basi radicosus, tetragonus, hirsutus. *Folia* paulò disparia, elliptica, acuta, membranosa, serrata, sæpè 4-pollicaria, basi semper obliquè inæquilatera. *Bracteæ* ovato-oblongæ, a flore remotæ, obtusiusculæ. *Flores* magnitudine *Digitalis Thapsi*, rubro-purpurei.

2. *C. pumila*, foliis inæqualibus ellipticis obtusiusculis serratis subtùs rubris, pedunculis bifloris folium subæquantibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis tetragonus, vix bipollicaris. *Folia* majora 2½-pollicaria, sesquiunciam lata. *Pedunculi* medio bibracteati. *Flores* paulò minores.

Obs. Præcedenti admodum affinis, sed multò humilior.

3. *C. bifolia*, caule diphylo pubescente, foliis valdè disparibus pubescentibus crenatis; altero minimo petiolata; altero maximo cordato sessili, pedunculo terminali unifloro.

Didymocarpus bifolia. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis erectus, filiformis, gracilis, 2-4-uncialis. *Folium minimum* cuneatum, petiolatum; *alterum* cordato-ovale, 2 pollices longum, ferè sesquipollicem latum, apice rotundatum. *Flores* præcedentibus minores, rosei.

BUCHNERA. *Brown.*

BUCHNERÆ Sp. *Linn.*

Calyx tubulosus, 10-striatus, 5-dentatus, æqualis. *Corolla* v. hypocrateriformis: *limbo* 5-partito, subæquali v. bilabiato. *Stamina* didynama, inclusa. *Antheræ* lineares, integræ.

Stigma subclavatum, emarginatum. *Capsula* bilocularis, bivalvis: *valvis* medio septiferis. *Placenta* columnaris, demùm libera.

Herbæ *oppositifoliæ*, sæpè *scabræ*, *siccatione nigricantes*. *Spica terminalis*. *Flores tribracteati*, *albi vel purpurei*, citò *nigricantes*. Brown Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 437.

* *Corollæ limbis 5-partitus subæqualis*. Br. l. c.

1. *B. hispida*, caule stricto simplicissimo, floribus alternis, bracteis acuminatis calycem subæquantibus, laciniis calycinis linearibus, foliis radicalibus cuneato-oblongis integerrimis; caulinis lanceolatis obtusis.

Buchnera hispida. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ☉. Floret Octobri.

Tota planta pilis brevibus setosis asperata. *Caules* stricti, simplicissimi, pedales et ultrà, teretes. *Folia* radicalia, numerosa, humi patentia, cuneato-oblonga, integerrima, trinervia; *caulina* lanceolata, obtusa, 3-nervia; *superioribus* alternis. *Spicæ* terminales, tenuifloræ. *Bracteæ* ovato-oblongæ, acuminatæ, calycem subæquantes. *Flores* per paria approximati, sessiles. *Lacinie calycinæ* lineares, acutæ, rectæ, hispidae. *Tubus corollæ* glaber, calyce longior.

Obs. Proxima *B. americanæ*, quæ discrepat: foliis omnibus dentatis, floribus numerosioribus ac magis approximatis, bracteis ovatis acuminatis calycis dimidio brevioribus, dentibus calycinis ovatis acutis, corollâ majori tubo hispido.

2. *B. cruciata*, caule stricto simplici, spicâ brevi densâ 4-fariam imbricatâ, bracteis lanceolatis calycem æquantibus, dentibus calycinis linearibus acutis, foliis radicalibus obovatis dentatis.

Buchnera cruciata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ☉. Floret Novembri.

Planta scabrosa. *Caules* stricti, simplices, palmares v. spithamæi. *Folia* radicalia plura, patula, obovata, 3-nervia, dentata; *caulina* lineari-lanceolata, integerrima, mucronulata. *Corollæ tubus* hispidus.

3. *B. angustifolia*, scabra; caule stricto simplici, foliis linearibus integerrimis; inferioribus oppositis, floribus alternis remotis bracteis brevioribus, laciniis calycinis lineari-subulatis tubo corollæ lævi brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ☉.

Caules 3-7-pollicares.

BUDDLEJA. *Linn. Gen. 57. Juss. Gen. 118.*

1. *B. paniculata*, ramis teretibus, foliis ovato-lanceolatis ellipticisve petiolatis acuminatis subintegerrimis utrinque ferrugineo-tomentosis demùm suprâ nudiusculis, spicis interruptè glomeratis terminalibus paniculatis, corollis lanatis calyce triplò longioribus.

Buddleja paniculata. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 1. p. 412.*

B. Shina, fastigiata et tomentosa. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ, in sylvis, et ad vicum Tombah Cana dictum. *Hamilton. h.* Floret a Decembri ad Martium. *Nimda Indigenis.*

Folia 4-6 pollices longa, sesqui v. biunciam lata. *Glomeri* multiflori, oppositi, pedicellati, in spicis pluribus digesti, terminales.

2. *B. subserrata*, ramis teretibus, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis subtùs ramulisque cinereo-tomentosis, spicis terminalibus elongatis cylindræis, corollis calyce duplò longioribus.

Buddleja subserrata. *Hamilton MSS.*

B. Necmda. *Roxb. Fl. Ind. 1. p. 411.*

Hab. in Nepaliâ circa Bassaria, et ad Narainhetty. *Hamilton. h.* Floret Novembri et Febuario. *Shinabu Nawaricè.*

Folia 4-5-pollicaria, vix unciam lata, suprâ demùm nuda. *Bracteæ* subulatae, floribus multò breviores.

WULFENIA. *Jacq. Misc. 2. p. 62. t. 8. f. 1. Willd. Sp. Pl. 1. p. 78.*

1. *W. obliqua*, pubescens; foliis caulinis ovatis acutis integerrimis petiolatis: basi valdè inæquali semicordatâ, floribus remotis, calycibus 5-fidis, corollæ labio superiore duplò breviorè, fauce nudâ.

Wulfenia obliqua. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. ♀.*

Caulis palmaris. *Flores* cærulei.

Obs. Fortè haud hujus generis.

VERONICA. *Linn. Gen. 12. Juss. Gen. 99.*

Obs. Genus vix integrum retinendum.

• *Septo capsulæ contrario, racemis lateralibus.*

1. *V. himalensis*, racemis longè pedunculatis, bracteis lanceolatis pedicello longioribus, laciniis calycinis linearibus obtusis ciliatis, foliis ovali-oblongis obtusis sessilibus inciso-crenatis utrinque hirsutis, caule erecto piloso.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀.

Caules plures, erecti, palmares, pilosi. *Racemi* erecti. *Flores* azurei.

Obs. V. *Teucro* affinitate proxima.

2. *V. punctata*, glabra; racemis tenuifloris, bracteis lanceolatis acutis pedicellis longioribus, laciniis calycinis ovatis acutis, foliis superioribus lanceolatis acutis amplexicaulibus crenulatis, caule repente.

Veronica punctata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ, in scaturiginosis. *Hamilton.*

♀. Floret Novembri.

Tota planta glabra, nitida. *Caulis* teres, carnosus. *Folia* subnosa; inferiora petiolata ovalia; superiora sessilia, amplexicaulia, lanceolata, acuta, crenulata, sesqui v. bipollinaria. *Racemi* pedunculati, 4-6-unciales. *Capsula* glabra, calyce brevior, apice levitè emarginata.

Obs. Proxima V. *Beccabungæ*, quæ tamen differt: foliis omnibus obtusis petiolatis, bracteis linearibus obtusis, laciniis calycinis oblongis obtusis, capsulâ integrâ.

PEDICULAREÆ.

PEDICULARUM Minima Pars. *Juss.*

RHINANTHACEARUM Pars. *Auct.*

Calyx monophyllus, ventricosus, 4-5-fidus. *Corolla* tubulosa, limbo bilabiata, 4-5-loba; labio superiore sæpiùs compresso, galeato. *Stamina* 4, didynama, fertilia. *Antheræ* basi calcaratæ. *Stylus* 1. *Stigma* simplex, indivisum. *Capsula* bilocularis, bivalvis, sæpiùs compressa, mucronata. *Dissepimentum* bipartibile, utrinque placentiferum, plerumque contrarium. *Semina* numerosa, imbricata: albumen magnum, densè carnosum. *Embryo* inversus, minutus, in apice albuminis locatus: cotyledones rotundatæ: radícula crassa, supera, centrifuga, basi obtusissima.

Herbæ humiles. *Folia* sæpiùs opposita, pinnatifida. *Flores* spicati, terminales, bracteati. *Calyces* sæpè cristati.

Obs. Pedicularæ familiam parvam Scrophularinis proximam constituunt, a quibus distinguendæ præcipuè embryone inverso. Genera, præter Pedicularem ac Rhinanthum, huc referenda Melampyrum, Lathræa, Euphrasia; excludenda Orobanche, Buchnera, Gerardia, Veronica et Bartsia, omnia quæ Scrophularinis pertinentia.

RHINANTHUS. *Linn. Gen. 304. Juss. Gen. 101.*

1. *R. bifidus*, floribus pedicellatis bracteis brevioribus, corollæ galeâ falcataâ rostratâ, calyce limbo truncato supernè emarginato, foliis alternis petiolatis.

Rhinanthus bifidus. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ☉. Floret Septembri.

Radix ramosa, annua. *Caulis* erectus, ramosus, teres, palmaris pedalisve, hirsutus. *Folia* lineari-oblonga, obtusa, alterna, petiolata, sesquiunciam longa, 2-3 lineas lata, utrinque hirsuta, margine sinuosa ac duplicato-crenata: imis sæpè oppositis. *Flores* rubri, in apice caulis axillares, pedicellati, bracteis sæpiùs breviores. *Calyx* tubulosus, hirsutus, limbo truncatus, infernè fissus, apice emarginatus, tubo corollæ brevior. *Corollæ labium superius* falcatum apice rostratum et incurvum, hirsutum; *inferius* maximum, patulum, trilobum: *lobis* rotundatis. *Anthera* glabræ. *Stigma* parvum, capitatum.

PEDICULARIS. *Linn. Gen. 307. Juss. Gen. 101.*

• *Calycibus cristatis 5-fidis.*

1. *P. megalantha*, caule erecto simplici, foliis alternis interruptè bipinnatifidis: segmentis ovatis argutè dentato-serratis, spicâ brevi amplâ, calycis 5-fidi laciniis inæqualibus pinnatifido-dentatis; supremâ maximâ, corollæ galeâ falciformi apice bifidâ.

Hab. in Gosaingsthan Nepalicæ. *Wallich.* ♀.

Radix crassa, fusiformis. *Caules* erecti, plures v. solitarii, simplicissimi, palmares pedalesve, crassitudine calami scriptorii, aut nunc ferè digiti minoris, undique villosi. *Folia* alterna, petiolata, interruptè bipinnatifida, 3 s. 4-pollicaria: *rachi* alata, inciso-dentata: *segmentis* ovatis, argutè dentato-serratis, utrinque glabris. *Spica* ampla, 4-pollicaris, diametro 3-pollicari, multiflora. *Bractea* foliaceæ, inciso-pinnatifidæ, calycibus longiores. *Pedicelli* alterni, calycibusque villosissimi. *Calyx* 5-fidus, cristatus: *laciniis* ovato-oblongis, inæqualitèr pinnatifido-dentatis. *Corolla* maxima, glabra: *galeâ* compressâ, falciformi, purpureâ, apice attenuatâ ac bifidâ lobis linearibus obtusis; *labio inferiore* multò majore, flavo-rubicundo? trilobo: *lobis* rotundatis, integerrimis. *Filamenta* hirsutissima, margine membranacea. *Stylus* exsertus.

2. *P. brevifolia*, caule erecto simplici, foliis oppositis quaternave pinnatifidis villosis: segmentis oblongis obtusis inci-

so-serratis, calycis laciniis superioribus minimâ interjectis, corollæ galeâ uncinato-rostratâ apice obtusâ emarginatâ.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ☉.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, teres, simplex, 5-6-uncialis, undique villosus, sæpè ad basin ramosus. *Folia* inferiora petiolata; superiora sessilia; omnia opposita s. quaterna, brevia, bi s. trilineararia, profundè pinnatifida: *segmentis* contiguis, oblongis, inciso-serratis pinnatifidisve, utrinque villosis. *Flores* 4-terni, sessiles, verticillato-spicati. *Calyx* 5-fidus, cristatus: *laciniis* dentatis; 2 superioribus majoribus, minimâ interjectis. *Corolla* magnitudine *P. uncinatæ*, purpurea: *galeâ* uncinatâ, glabrâ, in rostrum longum lineare truncatum emarginatum desinente; *labio inferiore* multò breviorè, trilobo: *lobis* rotundatis, integerrimis. *Filamenta* glabra. *Stylus* vix exsertus.

Obs. Species distinctissima, facie *P. rostratæ* ac lapponicæ *Linn.* proxima.

* * *Calycibus trifidis cristatis, corollæ tubo longissimo.*

3. *P. siphonantha*, caulibus brevissimis cæspitosis, foliis pinnatis: pinnis lineari-oblongis margine revolutis argutè serratis, spicâ corymbosâ, corollæ tubo longissimo filiformi, galeâ rostratâ medio convolutâ apice truncatâ recurvatâ.

Hab. in alpe Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀. Cheelomootee Swa *Indigenis.*

Planta omnium diversissima. *Radix* fusiformis, teres, fusca. *Caules* plures, cæspitosi, sesqui s. 3-unciales, erecti v. adscendentes, undique villosi. *Folia* radicalia, numerosa, petiolata, uncialia v. biuncialia, pinnata: *pinnis* oppositis, ovatis ellipticisve, acutis, pinnatifido-serratis, glabris: *laciniis* mucronatis. *Petioli* villosi. *Flores* numerosi, pedicellati, spicato-corymbosi. *Calyx* tubulosus, 3 lineas longus, hirsutus, trifidus; *lobis lateralibus* bilobis dentatisque; *supremo* minimo. *Corolla* purpurea: *tubus* filiformis, sesqui s. bipollicaris, aut ultrâ; *labium superius* lineari-rostratum, falcatum, medio convolutum, glabrum, declinatum, supernè recurvum, apice obliquè truncatum; *inferius* superiore brevius, trilobum: *lobis* latis, reniformibus, margine ciliatis. *Filamenta* ciliata. *Stylus* inclusus.

EUPHRASIA. *Linn. Gen.* 304. *Juss. Gen.* 100.

1. *E. simplex*, corollæ lobis integris; infimo maximo cuneato, calycibus acutis pilosis corollæ dimidio brevioribus, foliis petiolatis scabris, caule stricto simplici.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis palmaris, simplicissimus, asper. *Folia inferiora* elliptica, serrata, basi acuta; *suprema* lanceolata, subpinnatifida. *Flores* ferè *E. officinali* duplò majores.

SOLANEÆ. Juss.

SOLANUM. Linn.

Calyx 5-4-fidus. *Corolla* rotata, rarò campanulata, 5-4-fida. *Antheræ* conniventes, apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* subglobosa, 2-(rarò 4)-locularis. *Herbæ* v. *Frutices inermes vel aculeati*. *Folia indivisa* v. *lobata, nunc impari-pinnata*. *Inflorescentia varia, sæpius extra-alaris*. Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 444.

* *Inermes*.

1. *S. biflorum*, herbaceum; foliis ovatis ellipticisve acuminatis integerrimis petiolatis utrinque cauleque hirsutis, floribus axillaribus geminis pluribusve pedicellatis, calycibus integris limbo 10-dentatis: dentibus subulatis, corollâ 5-fidâ: laciniis oblongis.

Solanum biflorum. Lour. Coch. 1. p. 159.

S. diphyllum. Osbeck It. (non Linn.)

S. decemdentatum. Roxb. Fl. Ind. 2. p. 247.

S. crassipetalum. Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 256.

S. lysimachioides. *ibid.* l. c. p. 257.

S. multifidum. Hamilton MSS.

S. Roxburghii. Dunal in Herb. Lamb.

S. Stauntonii. *ibid.* in l. c.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium (Hamilton), in montosis Shivapoorâ, Chundragiri, et prope oppidum Chitlong. Wallich. ☉. Floret Augusto.

Caulis erectus, apice ramosus, teres, sesqui v. bipedalis. *Folia* solitaria aut gemina. *Flores* minimi, albi. *Bacca* ferè inflata, ut in Capsico. (Ham.)

Obs. Species hæc, quamvis apud auctores maximè confusa sit, non minùs distincta.

2. *S. erianthum*, fruticosum; foliis ovali-oblongis acutis integerrimis utrinque ramisque lanâ stellatâ densè vestitis, corymbis terminalibus pedunculatis lanosis, dentibus calycinis ovatis acutis, corollâ campanulatâ: laciniis ovatis acutis.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀.

PHYSALIS. *Linn.*

Calyx 5-dentatus. *Corolla* campanulato-rotata, plicata, 5-loba. *Antheræ* conniventes, longitudinaliter dehiscentes. *Stigma* capitatum. *Bacca* calyce inflato angulato membranaceo inermi tecta, bilocularis.

Herbæ v. Suffrutices *inermes*. *Folia indivisa v. lobata*. Flores *extra-alares, solitarii v. conferti*. *Brown loc. cit. p. 447.*

1. *P. pubescens*, herbacea, pubescens; caule angulato, foliis geminis cordatis subintegris mollibus, calycis dentibus acuminatis, corollæ limbo basi intus 5-maculato. *Brown l. c.*

Physalis pubescens et peruviana. Linn.

P. pubescens. Fl. Peruv. 2. p. 41.

P. edulis. Bot. Mag. 1068.

Hab. in Nepaliæ cultis ad Narainhetty. Hamilton. Wallich.

☉. Floret Novembri.

2. *P. divaricata*, pubescens; foliis solitariis ovatis acutis integerrimis dentatisve petiolatis, floribus axillaribus solitariis folio brevioribus, caule divaricato-ramoso angulato.

Physalis angulata β. Hamilton MSS. (non alior.)

Hab. ad pagum Bassaria Nepalensibus dictum. Hamilton.

☉. Floret Martio.

Caulis palmaris.

CONVOLVULACEÆ. *Juss.*CALYSTEGIA. *Brown.*CONVOLVULI Sp. *Linn.*

Calyx 5-partitus, bracteis duabus foliaceis inclusus. *Corolla* campanulata, 5-plicata. *Stamina* subæqualia, limbo breviora. *Ovarium* semibiloculare, 4-spermum. *Stylus* indivisus. *Stigmata* 2, obtusa (teretia v. globosa). *Capsula* 1-locularis.

Herbæ *lactescentes, glabræ, volubiles v. prostratæ (extra tropicum provenientes)*. Pedunculi *solitarii, uniflori*. *Brown l. c. p. 483.*

1. *C. hederacea*, stigmatibus linearibus, foliis hastato-trilobis obtusis: posticibus emarginatis, bracteis cordatis calyce paulò longioribus, segmentis calycinis ovalibus apice rotundatis mucronulatis, pedunculis striatis folio longioribus, caule prostrato.

Calystegia hederacea. Wall. in *Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 94.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀.

Radix repens. *Caules* plures, spithamæi, angulati, prostrati, glabri. *Folia* distantia, triloba, hastata, petiolata, basi cordata, utrinque glabra: *posticibus* patulis, emarginatis. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, striati, foliis longiores. *Bracteæ* cordatæ, integerrimæ, coriaceæ, calyce longiores, apice rotundatæ ac mucronulatæ. *Corolla* rosea, campanulata, 5-plicata, calyce triplò longior. *Stamina* æqualia. *Stylus* staminibus longior. *Stigmata* 2, linearia, plana, obtusa, limbo breviora. *Capsula*.

IPOMCEA. Jacq. Brown.

IPOMCEA. Linn.

CONVOLVULI Sp. Linn.

Calyx 5-partitus, nudus. *Corolla* campanulata v. infundibuliformis, 5-plicata. *Ovarium* 2-3-loculare: *loculis* dispersis. *Stylus* indivisus. *Stigma* capitatum, 2-3-lobum. *Capsula* 2-3-locularis.

Herbæ volubiles, quandoquè erectæ. *Folia indivisa v. lobata, nunc pinnatifida.* *Semina in quibusdam comosa.* Brown l. c. p. 484.

1. *I. cuspidata*, foliis cordatis integerrimis cuspidatis pubescentibus: lobis rotundatis, pedunculis axillaribus solitariis plurifloris foliis longioribus, calycibus linearibus acutis pilosis, stylo brevissimo.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton. ☉. ☾.

Flores rosei, *I. coccineâ* paulò majores.

2. *I. sphærocephala*, foliis oblongis sagittato-cordatis utrinque villosis: lobis rotundatis, floribus axillaribus sessilibus capitatis.

Convolvulus sphærocephalus. *Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 53.

C. atropurpureus. Wall. *ibid.* p. 54.

Hab. in convalli Nepaliæ propriæ. Wallich. ☉. ☾.

Floret Octobri et Novembri.

Flores parvi, rosei v. purpurei.

PORANA. Linn. *Mant. alter.* 554. *Juss. Gen.* 420.

* *Calycibus* 5-partitis, *corollis* tubulatis.

1. *P. racemosa*, foliis cordatis acuminatis subtùs cauleque volubili subhirsutis, paniculâ divaricatâ tenuiflorâ: ramis ramulisque dichotomis, calycibus subhirsutis tubo corollæ brevioribus: laciniis linearibus acutis.

Porana racemosa. *Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 41.

P. dichotoma. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Planta herbacea, volubilis. *Flores* magnitudine ferè *P. paniculatae*, aurei.

Obs. Porana paniculata *Roxb.*, cui affinis, facilè dignoscitur: foliis subtùs cauleque cano-tomentosis, paniculâ erectâ laxâ multiflorâ, calycibus pedicellisque densè tomentosis, laciniis calycinis linearibus obtusis, floribus minoribus.

Porana volubilis *Linn.* longè distat caule fruticoso glabro, foliis utrinque glaberrimis lucidis basi minùs cordatis, paniculâ confertâ, calycibus 5-fidis (in *illis* 5-partiti) pedicellisque glabris, laciniis calycinis ovalibus obtusis, corollis campanulatis (in *illis* infundibuliformes).

CUSCUTA. *Linn. Gen.* 66. *Juss. Gen.* 135.

1. *C. reflexa*, floribus subracemosis reflexis pentandris, laciniis calycinis latè rotundatis, corollis oblongis: limbo 5-fido patulo tubo ter breviorè, stigmatibus subulatis, capsulis tetraspermis.

Cuscuta reflexa. *Roxb. Corom.* 2. t. 104. *Flora Ind. I.* p. 466.

C. nepalensis. *Sweet Flow. Gard.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Species omnibus robustior, filiformis, succulenta, nuda, ramosissima, rufescente-lutea, supra frutices parasitica, scandens. *Flores* majores, nivci, fucati. *Corolla* intùs infra medium squamulis 5 ciliatis instructa. *Styli* brevissimi. *Stigmata* 2, magna, carnosâ, subulata. *Capsula* tetrasperma.

BORAGINEÆ. *Juss.*

ONOSMA. *Linn. Gen.* 76. *Juss. Gen.* 130.

1. *O. macrocephala*, hispidissima; racemis recurvatis aggregatis, foliolis calycinis linearibus plumosis corollâ longioribus, stylo incluso, foliis lanceolatis acutis subtùs mollibus trinerviis, caule adscendente simplici.

Onosma bracteatum. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 13.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀. *Lalgiri Indigenis.*

Caules adscendentes, simplicissimi, setis rigidis patulis confertissimis tecti. *Folia* subtùs mollia ac sericea, suprâ

hispidissima. *Racemi* breves, recurvuli, glomerati. *Bractes* ovatae, longè cuspidatae, calycem æquantes. *Corolla* tubulosa, flava, extùs sericea. *Genitalia* inclusa.

CYNOGLOSSUM. *Brown.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* breviter infundibuliformis: *fauce* clausâ fornicibus: *limbo* 5-partito, obtuso. *Stamina* inclusa. *Stigma* capitatum, submarginatum. *Nuces* depressæ, intùs adnatæ columnæ centrali.

Racemi sæpiùs ebracteati, nunc bracteati. Bracteis quandoque maximis foliiformibus. Brown l. c. p. 495.

Obs. Excludendæ sunt species Linnæanæ genitalibus v. saltèm staminibus exsertis; necnon eæ nucibus compressis. *Rindera Pall.* distinctissima est fauce nudâ, nucibusque compressis. *Brown l. c.*

1. *C. furcatum*, foliis elliptico-oblongis acutis planis semi-amplexicaulibus utrinque cauleque sericeis, racemis geminatis erectis tenuifloris ebracteatis, pedicellis secundis, laciniis calycinis ovatis obtusissimis setosis.

Cynoglossum furcatum. Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 6.

C. cæruleum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. Hamilton. ♀. Floret Junio.

Caulis erectus, rigidus, ramosus, vix cubitalis. *Folia* omnia basi cordata ac amplexicaulia. *Racemi* lanuginosi. *Pedicelli fructiferi* penduli. *Corolla* cærulea: *laciniis* rotundatis. *Stamina* inclusa. *Nuces* confertim glochideatæ.

Obs. *C. picto* valdè affinis.

2. *C. prostratum*, hispidè setosum; foliis radicalibus obovatis longè petiolatis; caulinis ellipticis sessilibus, floribus brevè pedicellatis sæpiùs extrâ axillaribus, nucibus muricatis, caule prostrato.

Cynoglossum prostratum. Hamilton MSS.

Hab. ad Baguanpur. Hamilton. ☉. Floret Martio.

MYOSOTIS.

MYOSOTIDIS Sp. *Linn.*

Calyx brevis, 5-partitus. *Corolla* limbo 5-loba, ferè rotata: *segmentis* obtusis, uno latere auriculato-sinuosis: *faux* tuberculis 5 glabris conniventibus semiclausa. *Stamina* inclusa, fundo inserta. *Antheræ* ovatae, apice appendiculatae. *Stigma* capitatum. *Cariopsides* 4, ancipiti-compressæ, glabræ, basi umbilicatæ.

Herbæ humiles hirsutæ v. scabræ. Flores corymboso-racemosi, nudî v. bracteati, parvi.

Obs. Characteres Anchusæ sunt: corolla hypocrateriformis lobis planis, tubus calyce longior, faux fornicibus 5 erectis barbatis clausa.

Omphalodes videtur genus esse Myosotidi proximum; sed differt lobis corollæ sinu planis, antheris inappendiculatis, cariopsidibus 2 reticulato-costatis basi non umbilicatis. Huic pertinet *Anchusa sempervirens L.*

1. *M. robusta*, foliis elliptico-oblongis acutis sessilibus utrinque pilosis, racemis conjugatis brevibus ebracteatis, laciniis calycinis ovalibus obtusis tubo corollæ longioribus.

Hab. in Gosaingsthan Nepaliæ. *Wallich.* ♀. *Khurkuree Indigenis.*

Radix fusiformis, perennis. *Caulis* sesquipedalis, adscendens, simplex, pilosus. *Folia* tripollicaria, ultra semiunciam lata.

HELIOTROPIUM. *Linn.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* hypocrateriformis: fauce edentulâ; limbo 5-fido, sinubus plicatis, simplicibus v. dente instructis. *Stamina* inclusa. *Stigma* peltatum, subconicum. *Nuculæ* 4, cohærentes, receptaculo communi nullo. *Brown loc. cit. p. 492.*

Obs. Excludenda sunt *H. indicum L.* ob nucem altè bilobam mitriforem, lobis bipartibilibus, segmentis bilocularibus loculo ventrali vacuò; et *H. malabaricum Retz.* necnon *H. supinum Willd. Sp. Pl.* ob calycem tubulosum 5-dentatum. *H. villosum Willd.* differt fauce intus dentibus 5 subulatis coarctatâ. *Br. l. c. p. 493.*

* *Spicæ conjugatæ v. dichotomæ, ebracteatæ, novellæ spiralitèr revolutæ. Faux imberbis. Embryo rectus. Br. l. c.*

1. *H. obovatum*, herbaceum; foliis obovatis petiolatis nerviis utrinque sericeis planis, spicis conjugatis, calycibus 5-partitis tubo corollæ brevioribus, caule decumbente diviso.

Heliotropium obovatum. Roxb. MSS.

Hab. versus ripas fluminis intra Morshidabad. *Hamilton.*
☉. Floret Aprili.

2. *H. compactum*, suffruticosum; foliis linearibus sessilibus acutis margine revolutis utrinque hispidè pilosis canescentibus, spicis solitariis, calycibus 5-partitis tubo corollæ longioribus, caulibus prostratis ramosissimis cæspitosis.

Heliotropium brevifolium. Wall. in l. c. 2. p. 2.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

EHRETIA. *Linn. Gen.* 102. *Juss. Gen.* 128.

1. *E. pyrifolia*, foliis ovatis acutis serratis glabris basi rotundatis; floralibus oblongis, paniculâ terminali, floribus confertis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h.

Flores parvi, in paniculâ amplâ conferti.

Obs. *E. serrata Roxb.*, cui proxima, differt foliis basi acutis.

2. *F. lævis*, foliis ovalibus subintegerrimis acutis basi rotundatis glabris, cymis axillaribus dichotomis.

Ehretia lævis. Willd. Sp. Pl. 1. p. 1077. *Roxb. Corom.* 1. t. 56. *Fl. Ind.* 2. p. 341.

Hab. ad Gorasan Nepaliæ. *Hamilton.* h. Floret Febuario.

VERBENACEÆ. *Juss. Brown.*

CLERODENDRUM. *Linn. Juss.*

VOLKAMERIÆ pleræque (an omnes?) *Linn.*

OVIEDA *L.*

Calyx campanulatus, 5-fidus vel 5-dentatus. *Corolla* tubo cylindraceo sæpius elongato: limbo 5-partito, laciniis æqualibus. *Stamina* 4, didynama, exserta, secunda. *Ovarium* 4-loculare: loculis monospermis. *Stigma* bifidum, acutum. *Bacca* tetrapyrena, calyce sæpius ampliata cincta.

Arbores v. Frutices. *Folia opposita, simplicia, indivisa, nunc lobata, petiolorum basi persistenti.* *Corymbi terminales et axillares, trichotomi.* *Brown l. c. p. 510.*

Obs. *Corollæ lobus inferior in omnibus est major.* Genus amplum, et vix naturale; ideoque, forsan rectius iterum dividendum.

* *Calycibus 5-partitis, corollæ tubo longissimo.*

1. *C. verticillatum*, foliis quaternis lanceolatis acutis integerrimis glabris, pedunculis quaternis unifloris, corollæ tubo filiformi lævi.

Ovieda verticillata. Roxb. MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* h.

Planta speciosa. Corollæ tubus 3-pollicaris, apice incurvus.

* * *Calycibus 5-fidis, corollæ tubo calyce paulò longiore.*

2. *C. odoratum*, ramis teretiuseculis tomentosis, foliis ovatis ellipticisve acuminatis petiolatis subtus tomentosis è medio

dentato-serratis, floribus confertis cymosis, pedunculis tripartitis, laciniis calycinis ellipticis acutis tomentosis.

Volkameria odorata. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 46.*

Hab. ad Gorasan Nepalensium. *Hamilton. h.* Floret Februario.

Flores rubri, odorati.

3. *C. fœtidum*, ramis teretibus tomentosis, foliis ellipticis acutis petiolatis crenulatis utrinque tomentosis, cymis axillaribus oppositis subsessilibus, laciniis calycinis ovatis acutis tomentosis tubo corollæ longioribus.

Volkameria fœtida. *Hamilton MSS.*

V. Buchanani. Roxb. Hort. Beng. p. 46.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton. h.* Floret Martio.

4. *C. cordatum*, ramis tetragonis hirsutissimis, foliis cordatis acutis dentato-serratis petiolatis lanosis, paniculâ terminali brachiâtâ, laciniis calycis foliaceis ellipticis mucronatis tomentosis.

Hab. in Nepaliâ, inter Katmandu et Gosaingsthan. *Wallich. h.*

5. *C. nutans*, ramis tetragonis lævibus, foliis lanceolatis cuneatisve integerrimis acuminatis glabris petiolatis, racemo terminali nutante, pedunculis trifidis trillorisque, laciniis calycinis ovatis acutis glabris.

Clerodendrum nutans. Wall. in Litt.

Hab. in Sylhet Bengalæ orientalis. *Wallich. h.*

- * * * *Calycibus campanulatis 5-dentatis, corollæ tubo calycem subæquante.*

6. *C. ternifolia*, ramis sulcatis lævibus, foliis ternis sessilibus lanceolatis mucronatis glabris supernè dentato-serratis, pedunculis axillaribus ternis plerumquè 3-floris in apice caulis racemoso-paniculatis calycibusque tomentosis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. h.*

Folia 5-6-pollicaria. *Calyces* campanulati, 5-dentati. *Tubus* corollæ vix calyce longior.

1. *C. serratum*, ramis subteretibus glabris, foliis ternis ovali-oblongis sessilibus mucronatis grossè serratis glabris, pedunculis ternis multifloris terminalibus paniculatis tomentosis.

Volkameria serrata. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. h.* Floret Septembri.

8. *C. Leucosceptrum*, ramis teretibus cano-tomentosis, foliis lanceolatis petiolatis crenatis subtùs canis basi apiceque acutis, spicâ elongatâ confertâ terminali cylindraceâ.

Leucosceptrum canum. Smith Ex. Bot. t. 116.

Hab. in Nepaliæ superioris sylvis. *Hamilton.* ♀. Floret Decembri. *Mutsola Nawaricè.*

Frutex spectabilis. *Folia* palmaria. *Spica* terminalis, 4-pollicaris. *Flores* sessiles, squalidè albi. *Calyx* densè cano-tomentosus. *Corolla* calyce vix longior, limbo patula, 5-loba; *lobo inferiore* maximo. *Stigma* æqualitè bifidum, acutum.

Obs. A cæteris habitu recedit.

VERBENA. *Brown in Hort. Kew. II. 4. p. 38.*

VERBENÆ Sp. *Linn. Juss.*

1. *V. sororia*, foliis pinnatifido-incisis petiolatis scabris: segmentis mucronatis dentatis, spicis filiformibus paniculatis, floribus pedicellatis, calycibus hispidis, bracteolis lanceolatis acutis calyce plurimùm brevioribus.

Verbena officinalis. *Lour. Cochin. 1. p. 33. Roxb. Hort. Beng. p. 4.*

Hab. ad Bassaria Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Martio. *Caules* plures, pedales v. sesquipedales, tetragoni, basi lignescentes.

Obs. *V. officinali* ac. *V. spurix* maximè affinis, sed distincta videtur.

COLEBROOKIA. *Smith.*

SUSSODIA. *Hamilton MSS.*

BYSTROPOGONIS Sp. *Roxb.*

Calyx 5-dentatus, primò corollâ brevior: *dentibus* argente ovario in aristas longissimas plumosas persistentes transientibus. *Corolla* 5-loba: *lobis* rotundatis planis integerrimis; *inferiore* majore. *Stamina* 4, didynama, exserta. *Antheræ* sphæricæ, biloculares. *Stylus* 1. *Stigmata* 2, acuta. *Ovarium* minutum, 1-loculare, setosum, 1-spermum. *Frutices cinereo-tomentosi.* *Folia opposita* v. *terna, petiolata, rugoso-venosa, acuminata, crenata, basi acuta.* *Flores minuti, albi, verticillato-spicati: spicis terminalibus numerosis paniculatis.*

1. *C. oppositifolia*, foliis oppositis ovato-lanceolatis.

Colebrookia oppositifolia. *Smith Exot. Bot. t. 115.*

Sussodia oppositifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Muking. *Hamilton.* ♀. Floret Januario. *Sussodi Swa Nawaris.*

GMELINA. *Linn. Gen. 315. Juss. Gen. 108.*

1. *G. speciosissima*, inermis; foliis ellipticis acutis subtùs tomentosis, paniculâ terminali maximâ, calycibus quadrilobis obtusis, caule arboreo scandente.

Gmelina Tacabushia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* h.

Caulis arboreus, scandens, inermis, crassitie corporis humani. (*Ham.*) *Folia* ampla palmaria. *Paniculæ* è foliis sæpiùs remotæ, lignosæ, 2-3-pedales. (*Ham.*)

JASMINEÆ. *Brown.*

JASMINEARUM *Pars. Juss.*

JASMINUM. *Linn.*

MOGORIUM. *Lam. Juss.*

Corolla 5-8-fida. *Bacca* didyma (lobo altero sæpè abortiente).
Semen exalbuminosum.

Frutices sæpiùs volubiles. *Folia* composita, nunc simplicia, petiolo articulato (notante primò *D. C. König*). *Brown* Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 520.

* *Foliis simplicibus.*

1. *J. pubescens*, foliis oppositis cordatis mucronatis integerrimis subtùs petiolisque tomentosissimè demùm nudis, floribus glomeratis sessilibus terminalibus, laciniis calycinis filiformibus plumosis, corollæ lobis cuspidatis, ramulis teretibus villosis.

Jasminum pubescens. *Willd. Sp. Pl. I. p. 37. Roxb. Fl. Ind. I. p. 90. Vahl. Enum. I. p. 26.*

Nyctanthes pubescens. *Retz. obs. 5. p. 9.*

Mogorium pubescens. *Lam. Encycl. 4. p. 213.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* h. ∪. Floret Octobri.

2. *J. dichotomum*, foliis oppositis ellipticis acuminatis integerrimis glabris lucidis, pedunculis terminalibus solitariis trichotomis trifloris, dentibus calycinis brevibus subulatis, corollæ limbo 8-9-partito: segmentis linearibus obtusis.

Mogorium dichotomum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. *Hamilton. Wallich.* h. ∪. Floret Maio.

* * *Foliis ternatis.*

3. *J. dispernum*, foliis oppositis ternatis pinnatisve: foliolis cordato-oblongis acuminatis septemnerviis coriaceis glabris denticulatis, paniculis axillaribus oppositis paucifloris glabris, baccis geminis dispermis, ramulis tetragonis.

Jasminum dispernum. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 99.*

J. latifolium. *Hamilton MSS.*

J. quinquerive. *Herb. Lamb.*

Hab. in convalli Nepaliæ propriæ, ad oppidum Thankot dictum. *Hamilton. Wallich. h.* Floret Aprili. Gooje Swa *Nawaris.*

4. *J. heterophyllum*, foliis alternis simplicibus ternatisve subrotundo-ovatis ellipticisve acuminatis integerrimis glabris, corymbis terminalibus paniculatis puberulis, dentibus calycinis obsoletis, ramis teretibus.

Jasminum heterophyllum. *Roxb. Fl. Ind. I. p. 99. Wall. in ibid. p. 104.*

J. arboreum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Suembu. *Hamilton. Wallich. h.* Floret Aprili.

* * * *Foliis pinnatis.*

5. *J. pubigerum*, foliis alternis: foliolis 7 ovatis oblongisve acutis sessilibus utrinque pubescentibus, pedunculis elongatis unifloris terminalibus subcorymbosis pubescentibus, ramis angulatis hirtis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich. h.* Chimali Swa *Indigenis.*

Obs. *Frutex* erectus, facie *J. humilis.*

6. *J. aureum*, foliis oppositis: foliolis 9-11 ovatis acutis integerrimis subsessilibus trinerviis glabris, paniculis terminalibus lateralibusve paucifloris glabris, ramis 5-angulis glabris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. h.*

7. *J. revolutum*, foliis alternis: foliolis 5-7 ovatis ellipticisve acutis integerrimis glabris substipitatis, corymbis terminalibus compositis, dentibus calycinis brevissimis mucronatis, ramis angulatis glabris.

Jasminum revolutum. *Ker in Bot. Reg. t. 178.*

Jasminum chrysanthemum. *Roxb. Fl. Ind. I. p. 98.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich. h.*

FRAXINUS. *Linn. Gen. 550. Juss. Gen. 105.*

1. *F. floribunda*, hermaphrodita; foliolis 5-7 elliptico-oblongis acuminatis serratis glabris stipitatis, thyrsis terminali composito, petalis ovali-oblongis obtusis, samaris linearispathulatis obtusis.

Fraxinus floribunda. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 150.*

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. h.* Thaup *Incolis.*
Arbor facie *F. Orni.*

OLEINÆ. *Hoffm. et Link. Fl. Portug. Brown.*

NOTELÆA. *Vent.*

RHYSOSPERMUM. *Gært.*

Corolla 4-petala. *Petala* ovata, per paria mediantibus filamentis basi connexa. *Drupa* putamine subchartaceo.

Arbusculæ v. *Frutices habitu* Oleæ. *Folia integerrima.*
Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 528.

1. *N. Posua*, foliis oppositis elliptico-oblongis acuminatis, pedunculis axillaribus cernuis glomeratis unifloris, dentibus calycinis æqualibus, stigmatē capitato.

Olea Posua. *Hamilton MSS.*

Olea Buchananii. *Herb. Lamb.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Folia 4-5-pollicaria, sesqui v. bipollicem lata.

LIGUSTRUM. *Linn. Gen. 9. Juss. Gen. 106.*

1. *L. spicatum*, foliis oppositis ellipticis acutis subtus ramulisque hirsutis, floribus confertis subsessilibus spicatis in thyrsum digestis: axibus pilosissimis, bracteolis minutis.

Ligustrum? *spicatum.* *Hamilton MSS.*

Ligustrum nepalense. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 151.*

L. lanceolatum. *Herb. Lamb.*

Hab. in Nepaliæ montosis. *Hamilton, Wallich.* ♀.

2. *L. bracteolatum*, foliis oppositis ovato-lanceolatis acutis utrinque ramulisque glabris, floribus brachiato-paniculatis, pedunculis valdè pilosis, bracteolis lineari-lanceolatis.

Ligustrum? *japonicum?* *Hamilton MSS.*

Phillyrea bracteolata. *Herb. Lamb.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Obs. *L. japonicum* *Thunb.* differt: foliis ovatis obtusiusculis, floribus pedicellatis, pedunculis pedicellis que glabris.

LABIATÆ. *Juss.*

CUNILA. *Linn. Gen. 15. Juss. Gen. 111.*

1. *C. nepalensis*, foliis ellipticis acutis petiolatis è medio serratis subtus pilosiusculis, floribus racemosis, pedicellis

oppositis unifloris bracteâ lanceolatâ brevioribus, calycis dentibus lineari-oblongis obtusis, caule erecto ramoso.

Lycopus dianthera. *Hamilton MSS. Roxb. Flora Ind. I. p. 145.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

AJUGA. *Linn. Gen. 287. Juss. Gen. 112.* (sub *Bugulâ.*)

1. *A. lobata*, surculis reptantibus, foliis cordatis obtusis inciso-lobatis petiolatis, floribus verticillato-spicatis sessilibus secundis, laciniis calycis lineari-lanceolatis acutis bracteâ brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Planta valdè hirsuta. *Surculi* longissimi, reptantes. *Caules floriferi*, erectiusculi, 3-4-unciales. *Folia* longè petiolata. *Flores* cærulei.

2. *A. integrifolia*, hirsutissima; caule erecto tetragono, foliis inferioribus spathulato-oblongis repando-crenatis basi in petiolum attenuatis, verticillis 10-floris bracteis brevioribus, laciniis calycinis ovato-lanceolatis acutis.

Ajuga integrifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Planta facie *Ajugæ pyramidalis*, at major ac robustior. *Caulis* erectus, palmaris, tetragonus, undique villosissimus. *Folia* spathulato-oblonga, integra, margine repando-crenata s. sinuosa, utrinque pilis recumbentibus densè tecta, 4 pollices longa, sesquiunciam lata, apice rotundata, basi in petiolum decurrentia. *Bracteæ inferiores* oblongæ, obtusæ, crenatæ; *superiores* ovatæ, sæpè dente ad utrumque latus instructæ. *Flores* cærulei, in verticillis 10-12 dispositi, sessiles. *Calyx* villis omninò tectus: *laciniis* ovato-lanceolatis acutis.

3. *A. decumbens*, hirsuta; caulibus tetragonis basi reclinatis, foliis cuncato-ovatis ellipticisve petiolatis crenatis, verticillis spicatis 6-8-floris, calycibus villosissimis: laciniis ovatis acutis.

Ajuga decumbens. *Thunb. Japon. p. 243. Willd. Sp. Pl. 3. p. 8.*

Hab. ad Bassaria Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Februario.

Caules spithamæi, basi decumbentes, non radicanes. *Flores* parvi, cærulei.

TEUCTRIUM. *Linn. Gen. 287. Juss. Gen. 112.*

1. *J. quadrifarium*, hirsutissimum; foliis ovato-cordatis acutis inæqualitèr crenatis petiolatis, spicis elongatis oppositis

multifloris, bracteis cordatis acuminatis integerrimis coloratis decussatis stipitatis, caule stricto tomentoso.

Teucrium quadrifarium. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Augusto.

Caulis simpliciusculus, strictus, tetragonus, bi v. tripedalis.

Folia ovato-cordata, rugosa, serè T. Scorodoniæ. Bractea foliaceæ, quadrifariam imbricatæ. Flores purpurei. Calyx villosus, costatus: dentibus superioribus obtusis brevioribus.

2. *T. laxum*, foliis ovato-oblongis acuminatis serratis petiolatis utrinque pilosiusculis, spicis multifloris secundis, calycibus brevè pedicellatis ventricosis hispidis, bracteolis lanceolatis brevioribus.

Ajuga laxa. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis sesqui v. bipedalis, ramosus, tetragonus. Spicæ biunciales, in apice ramulorum solitariæ, terminales, multifloræ.

PRUNELLA. *Linn. Gen.* 301. *Juss. Gen.* 116. (sub *Brunellâ.*)

1. *P. vulgaris*, foliis ellipticis s. oblongis dentatis integerrimisve utrinque cauleque hirsutis, calycibus mucronatis tubo corollæ longioribus ciliatis; labio inferiore bipartito; superiore tridentato breviorè, corollæ galeâ pilosâ.

Prunella vulgaris. *Linn.*

Hab. in Gosaingsthan regione alpinâ Himalayæ jugi Nepaliæ. *Wallich.* ♀.

SCUTELLARIA. *Linn. Gen.* 301. *Juss. Gen.* 117.

1. *S. indica*, foliis cordato-ovalibus obtusis oppositis petiolatis crenatis pubescentibus subtùs purpureis, spicâ terminali, bracteolis linearibus, corollæ tubo elongato filiformi, caule erecto simplici basi foliato.

Scutellaria indica. *Linn.* (certè non *Roxb.*)

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Augusto.

Caules adscendentes, simplicissimi, 5-pollicares, pubescentes, basi solummodò foliis instructi, supernè nudi. *Folia* sæpius sesqui v. bipollicem longa, unciam lata. *Spica* terminalis, solitaria, secunda, 2-5-uncialis, multiflora. *Flores* oppositi, pedicellis brevibus suffulti. *Bracteolæ* lineares, obtusæ, pedicellorum longitudine. *Calyces* campanulati, brevissimi. *Corolla* majuscula, violacea, pubescens. semiuncialis: *tubus* elongatus, æqualis.

2. *S. barbata*, foliis ovato-oblongis obtusis glabris; inferioribus serratis, corollis villosis: tubo brevi supernè dilatato, caule erecto simplici.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Herba facie *S. galericulatæ*, sed omnibus partibus glabrior.

Caulis palmaris. *Flores* cærulei.

3. *S. scandens*, caule erecto volubili glabro, foliis ovatis acuminatis petiolatis crenatis serratisve glabris basi rotundatis, racemis axillaribus oppositis secundis multifloris, bracteis cordatis integris pedicellis longioribus.

Scutellaria scandens. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ, ad Tombu Cana. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

Caules erectiusculi, scandentes (an potiùs volubiles ?), glabri, tetragoni. *Folia* sesqui v. tripollicem longa, pollicem v. sesquipollicem lata; *juniora* ut et ramuli pilis raris adspersa. *Flores* racemosi, magni, albi, speciosi, secundi. *Pedicelli* bini. *Corolla* pollicaris, hirsuta.

4. *S. repens*, suffruticosa; foliis cordatis acutis inciso-serratis hirsutis, floribus axillaribus solitariis secundis pedicellatis, caulibus ramosissimis decumbentibus, corollis tomentosis calyce ter longioribus.

Scutellaria repens. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Planta suffruticosa, procumbens, ramosissima. *Caules* bipedales, aut ultrâ. *Flores* flavi.

HYSSOPUS. *Linn. Gen.* 289. *Juss. Gen.* 113.

1. *H. lophanthoides*, foliis ovatis acutis crenatis petiolatis pubescentibus basi rotundatis, pedunculis axillaribus capillaceis multifloris paniculatis folio longioribus, dentibus calycinis ovatis obtusis.

Hyssopus? *lophanthoides.* *Hamilton MSS.*

Elsholtzia *Lucumbuli.* *ibid.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri. *Lucumbuli* *Swa Nawaris.*

BETONICA. *Linn. Gen.* 293. *Juss. Gen.* 114.

1. *B. lavigata*, caulibus erectis læviusculis, foliis ovato-cordatis serratis utrinque glabris, spicâ oblongâ, floribus incurvis confertis, dentibus calycinis longissimis setaceo-pungentibus.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Caules erecti, tetragoni, palmares pedalesve. *Bracteæ* latè ovatæ, acuminatæ, dentatæ v. integræ, calyce breviores. *Flores* rubri. *Calyces* longiusculi, tubulosi, angusti: *dentibus* longis, setaceis, rectis. *Tubus corollæ* angustatus, incurvus, vix calycem superans. *Genitalia* exserta.

STENARRHENA.

Calyx campanulatus, ventricosus, bilabiatus; *labium superius* tridentatum; *inferius* longius, bifidum: *laciniis* ovato-lanceolatis, mucronatis. *Corolla* tubo calyci æquali, dilatato: *galeâ* erectâ, subfornicatâ, integrâ, concavâ; *labio inferiore* *galeâ* multò brevior, trilobo; *lobo medio* maximo, rotundato, integerrimo, concavo. *Stamina* 4, corollâ longiora: *filamenta* fornicata, gracilia, glabra: *antheræ* longissimæ! lineares, uniloculares, extra medium filamentis adnatæ, incumbentes. *Stylus* staminibus longior, capillaris. *Stigma* bifidum: *laciniis* acutis, inæqualibus, recurvatis. *Cariopsides* 4, oblongæ, trigonæ, læves.

Herba facie Phlomidis Lychnitidis. Radix lignosa. Caules plures, erecti, tetragoni, simplices, palmares pedalesve, aut ultra, undique villosissimi. Folia lanceolata, acuta, rugosa, subsessilia, crenulata, subtus niveo-lanata, suprâ villosissima. Bracteæ rotundato-ovatae, membranaceæ, integerrimæ, acuminatae. Verticilli distantes, 6-flori. Flores rubri, subsessiles.

Obs. Genus nulli verè affine, et ob longitudinem structuramque antherarum sibi vindicare videtur characterem peculiarem. Nomen, quod antheris refert, à στενός, angustus, et ἀπην, mas.

1. *S. lanata*.

Hab. in Sirinagur. Kamroop. ♀.

LAMIUM. Linn. Gen. 292. Juss. Gen. 113.

1. *L. amplexicaule*. Linn.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton. ☉.

BALLOTA. Linn. Gen. 294. Juss. Gen. 114.

1. *B. cinerea*, foliis ovatis petiolatis obtusè serratis subtus cauleque cinereo-tomentosis, pedunculis solitariis geminisve oppositis plurifloris, laciniis calycinis oblongo-spathulatis foliaceis obsoletè mucronulatis corollâ longioribus.

Hab. in Sirinagur. Kamroop. ♀.

Caules erecti, simplices, obtusè 4-anguli, pedales v. sesquipedales, densè cinereo-tomentosi. Pedunculi breves, axillares, oppositi, pluri-(3-6)-flori, solitarii v. gemini. Calyces oblongi, 10-striati: limbo foliaceo 5-partito: laciniis oblongo-spathulatis, integerrimis, reticulatis, apice obsoletè mucronulatis. Corolla rosea, calyce brevior; labium superum concavum, emarginatum, fornicatum, villosum; inferum trilobum, superiore brevius, apice conniveus. Stamina exserta. Antheræ nudæ. Stylus staminibus brevior. Stigma bifidum, æquale, acutum.

MARRUBIUM. *Linn. Gen. 294. Juss. Gen. 114.*

1. *M. mollissimum*, calycibus 10-dentatis : dentibus brevissimis mucronatis, foliis ovalibus obtusis crenatis petiolatis utrinque cauleque erecto sericeo-lanatis, corollæ galeâ integrâ villosissimâ, genitalibus exsertis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Tota planta candida, sericeo-lanata. Caules erecti, ramosi, tetragoni, pedales v. sesquipedales. Folia pollicaria. Verticilli distantes, multiflori. Calyces oblongi, 10-striati ac 10-dentati : dentibus brevissimis, mucronatis ; alternis minoribus. Corolla calyce paulò longior ; labium superius fornicatum, integrum, villosissimum. Genitalia extra faucem exserta.

Obs. *M. candidissimo simillimum, quod tamen faciliè dignoscitur : calycibus 5-dentatis dentibus subulatis pungentibus, corollæ galeâ erectâ bifidâ, genitalibus inclusis, foliis magis rugosis ac profundius crenatis.*

THYMUS. *Linn. Gen. 297. Juss. Gen. 115.*

1. *T. biflorus*, caulibus filiformibus ramosis procumbentibus densè pilosis, foliis ovatis ellipticisve obtusis integerrimis marginatis nudiusculis nervosis subtùs punctatis, pedicellis oppositis subtrifloris, calycibus cylindræis sulcatis pilosis : dentibus setaceis.

Thymus biflorus. Hamilton MSS.

Hab. ad Suemba Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Aprili.

Planta suffruticosa, pusilla, cæspitosa, facie omninò T. filiformis, qui differt foliis cordatis obtusis remotioribus, et floribus minoribus.

2. *T. piperitus*, caule erecto ramoso asperè piloso, foliis ovatis obtusis crenulatis integerrimisve petiolatis pilosiusculis basi acutis, corymbis oppositis trifloris, calycibus tubulosis pilosis corollæ dimidio brevioribus.

Marrubium piperitum. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

Caules erecti, ramosi, fruticosi, rigentes, pedales v. sesquipedales, tetragoni, undique pilis retrorsùm patulis asperi. Folia ovata, obtusa, crenulata s. integerrima, petiolata, utrinque pilosiuscula, unciam s. sesquiunciam longa, semiunciam lata. Pedunculi oppositi, axillares, triflori. Calyces tubulati, ferè semipollicem longi, 10 sulcati, ut et pedunculi hispidè pilosi : dentibus ex ovatâ basi setaceo-subulatis, æqualibus. Corolla magna, pallidè violacea,

calyce duplò longior, fauce dilatata, bilabiata; labio inferiore trilobo, patulo; superiore emarginato, erecto.

3. *T. repens*, foliis cordatis crenatis petiolatis hirsutis nervosis, corymbis subsessilibus 5-floris, calycis labio superiore dentibus ovatis obtusis, caulibus reptantibus tetragonis.

Clinopodium repens. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 44.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton. ♀. Floret Maio.*

Caules patuli, radicanes, pedales, aut ultrà, ramosi, tetragoni, hirsuti. *Folia* semipollicaria. *Corolla* calyce paulò longior.

4. *T. organifolius*, caule erecto ramoso villosa, foliis subrotundo-ovatis acutis serratis utrinque hirsutis, verticillis multifloris, calycibus cylindræis subsolitariis pedicellatis pilosis: dentibus plumosis; superioribus lanceolatis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. ♀.*

Herba facie *T. Nepetæ*. *Caules* sesquipedales, erecti, ramosi, tetragoni, densè villosi. *Flores* rubri, brevissimè pedicellati, in verticillis conferti.

5. *T. nepetoides*, densè pubescens; foliis cordato-ovatis obtusis crenatis petiolatis, pedunculis multifloris, calycibus villosis infernè ventricosis: dentibus bracteolisque subulatis, caule erecto tetragono.

Glechoma erecta. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 44.*

Hab. ad Yatibar-Khana-Serai. *Hamilton. ♀.*

Caulis erectus, ramosus, spithamæus.

ORIGANUM. *Linn. Gen. 297. Juss. Gen. 115.*

1. *O. normale*, spicis brevissimis laxis, bracteis ovalibus acutis, calycibus oblongis tubulosis lævibus 5-dentatis fauce villosissimis: dentibus ovatis acuminatis æqualibus, foliis subrotundo-ovatis petiolatis hirsutis, caule erecto simplici villosa.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. ♀. Phooljadee Indigenis.*

Obs. Origano vulgari nimis affine, et, nisi calycis tubo longiore lævi fauce villosissimâ, vix differre videtur.

MENTHA. *Linn. Gen. 291. Juss. Gen. 113.*

1. *M. quadrifolia*, foliis quaternis sessilibus lanceolatis ellipticisve obtusis crenatis utrinque ramisque teretibus sericeo-villosis, spicâ densâ solitariâ cylindræâ, staminibus longè exsertis, filamentis medio barbatis, caule tereti ramoso fruticoso.

Mentha quadrifolia. *Roxb. Hort. Beng. p. 44.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*: 7. Floret Decembri.

Caulis erectus, ramosus, fruticosus, teres, sericeo-villosus.

Spica 2-5-uncialis. *Calyces* ventricosus-campanulati, valdè pilosi: *dentibus* ovatis, acutis. *Corolla* parva, calyce paulò longior. *Genitalia* longè exserta. *Filamenta* medio barbata. *Stigma* bipartitum.

2. *M. verticillata*, foliis pluribus verticillatis linearibus obtusis denticulatis glabris, spicis densis cylindraceis solitariis, calycibus pilosis, staminibus exsertis, filamentis medio barbatis, caule tereti ramoso herbaceo.

Mentha verticillata. *Roxb. Hort. Beng.* p. 44.

M. veronicæfolia. *Hamilton MSS.*

Nepeta bracteata. *ibid.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty, in scaturiginosis. *Hamilton*. ☉. Floret Novembri.

Radix fibrosa. *Caulis* adscendens, teres, articulatus, ramosus, glaber, a palmari ad sesqui v. bipedalem. *Rami* elongati, simplices, verticillati. *Folia* 10-5 aut rarò 4 in verticillis digesta, ferè facie *Veronicæ scutellatæ*, linearia s. lineari-lanceolata. *Spicæ* solitariæ, bipollicares, cylindraceæ, confertifloræ.

PERILLA. *Linn.*

ELSHOLTZIA. *Willd.*

Calyx campanulatus, 5-fidus; *fructifer* ventricosus: *laciniis* mucronatis. *Corolla* bilabiata, calyce longior; *labio superiore* trilobo, erecto, concavo, galeato, laciniâ supremâ sæpè majore emarginatâ; *inferiore* majore, patulo, rotundato, crenulato. *Stamina* 4, distantia, exserta. *Stigma* bifidum. *Cariopsides* subrotundæ, læves.

Suffrutices v. *sæpiùs* Herbæ, *erectæ, ramosæ, fragrantæ*. *Folia* *petiolata, dentata*. *Spicæ* *terminales, secundæ, bracteatae*.

1. *P. ocyroides*, foliis ovatis acuminatis grossè serratis hirsutis, spicis solitariis tenuifloris secundis, bracteis ovatis acuminatis flore longioribus, dentibus calycinis ovatis.

Perilla ocyroides. *Linn.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ☉. Floret Octobri.

Caulis erectus, ramosus, tetragonus, hirsutus, 4-pedalis.

Folia ampla. *Flores* parvi, albi.

2. *P. polystachya*, foliis ovatis acuminatis serratis glabris, spicis numerosis, bracteis lanceolatis acuminatis flores subæquantibus, calycibus hispidis: dentibus ovatis mucronatis.

Mentha? *cristata*. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Caulis erectus, tetragonus, ramosus, glaber. *Folia* longè petiolata. *Spicæ* numerosæ, confertifloræ, elongatæ, secundæ. *Corolla* parva, calyce longior.

3. *P. fruticosa*, foliis ovato-lanceolatis acuminatis serratis pubescentibus basi attenuatis, spicis linearibus decussato-oppositis subpaniculatis, bracteolis minutis subulatis, calycibus hispidis: dentibus subulatis.

Mentha fruticosa. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis erectus, ramosus, fruticosus, 6-pedalis (ex *Ham.*), tetragonus, pubescens. *Calyces* pubescentes: *dentibus* linearibus, mucronatis. *Corolla* parva, 4-fida, incurva, bilabiata; *labio superiore* brevior, concavo, integro, galeato; *inferiore* patulo, trilobo; *lobo medio* maximo.

4. *P. elata*, foliis ellipticis acutis petiolatis crenatis supra scabris subtùs ramulisque tomentosis, spicis terminalibus paniculatis, calycibus tomentosis: laciniis linearibus mucronatis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

5. *P. leptostachya*, foliis ovatis acutis inciso-serratis pubescentibus basi cuneatis, spicis linearibus solitariis, bracteis subulatis vix flore longioribus, calycibus tomentosis.

Nepeta Imobus. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalicæ. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri. Imobu Swa *Nawaricè.*

Caulis erectus, cubitalis, ramosus, tetragonus, levitèr pubescens. *Folia* longè petiolata. *Spicæ* terminales, solitariae, rectæ, angustè lineares, 2-3-unciales: *semiverticillis* multifloris, approximatis. *Flores* minuti.

PLECTRANTHES. *L'Herit. Brown.*

OCYMI Sp. *Linn.*

Calyx bilabiatus, labio inferiore diviso, striatus; *fructifer* basi subtùs gibbosus. *Corollæ labium superius* 3-fidum, laciniâ mediâ bilobâ; *inferius* longius, integrum (plerumque concavum). *Stamina* declinata: *filamentis* edentulis (nunc basi connatis): *antheris* unilocularibus, imberbibus.

Herbæ v. Suffrutices plùs minùs pubescentes, glandulisque conspersæ. *Folia* crenata. *Flores* verticillato-raemosi, terminales. *Corolla* sæpiùs cærulea. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl.* 1. p. 505.

* *Calycis labio inferiore quadrifido, filamentis basi liberis.*

1. *P. cordifolia*, foliis cordatis obtusis grossè crenatis pubescentibus, verticillis paucifloris laxè racemosis, calycibus campanulatis: laciniis lanceolatis mucronatis, bracteis integerrimis pedicellis ter brevioribus.

Ocymum cordifolium. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. h.*

Caulis erectus, ramosus, tetragonus, lignescens, pube canescente vestitus. *Folia* cordata, obtusa. *Verticilli* 3-4-flori, subremoti.

2. *P. rubicunda*, foliis ovalibus serratis longè petiolatis ramulisque tomentosus basi attenuatis, verticillis remotis paucifloris, bracteis minimis, calycibus oblongis; labio inferiore 4-dentato: dentibus setaceis inæqualibus, corollæ tubo calyce ter longiore.

Ocymum rubicundum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. h.*

Caulis erectus, ramosus, lignosus, tetragonus, spithamæus v. pedalis. *Rami* breves, tomentosi. *Folia* juniora densè tomentosa. *Racemi* simplices, graciles, laxi: *verticillis* 3-6-floris, distantibus. *Flores* rubicundi, pedicellati. *Bracteæ* rotundatæ, minutæ, pedicellis duplò breviores. *Calycis labio superiore* rotundo.

3. *P. virgata*, foliis elliptico-oblongis obtusis dentatis utrinque pilosis, verticillis remotis paucifloris, calycibus oblongis pilosis; labio superiore rotundato colorato; inferiore laciniis lineari-lanceolatis mucronatis inæqualibus.

Ocymum virgatum. Hamilton MSS.

Hab. in pratis prope pagum Hethaura dictum, inter montes Nepaliæ inferioris. *Hamilton. h.* Floret Aprili.

Planta videtur suffrutescens: *ramis* elongatis, tetragonis, simplicibus, pedalis, aut ultrâ.

* * *Calycis labio superiore trilobo; inferiore breviorè apice truncato et tridentato, filamentis basi liberis.*

4. *P. colorata*, foliis ellipticis acutis serratis asperè pilosis, verticillis multifloris contiguis spicatis, calycibus cylindraceo-oblongis fauce binaculatis; labio superiore trilobo apice revolutò; inferiore lineari-oblongo obsolete tridentato, bracteis ovatis coloratis.

Ocymum coloratum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. h.*

Caulis erectus, ramosus, lignosus. *Ramuli* pilosi, sulcati. *Spica* terminalis, 3-4-uncialis, confertiflora. *Bracteæ*

ovatae, acutae, coloratae, sæpiùs floribus breviores. *Corolla* parva, cærulea. *Calycis labio superiore* trilobo; *lobo medio* maximo, rotundato, apice revoluto, maculâ nigra utrinque ad fauces instructo.

* * * *Calycibus 5-dentatis; dente superiore latiore, filamentis basi connatis.*

5. *P. Coetsa*, foliis ovatis acutis pilosis serratis subtùs canescentibus, pedicellis oppositis trifidis paucifloris spicato-racemosis, calycibus pilosis.

Plectranthes Coetsa. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Caules erecti, tetragoni, sesqui v. bipedales, supernè paniculati, undique pilis brevibus patulis canescentes. *Folia* opposita, ovata, acuta, petiolata, utrinque pilosa, pollicaria, subtùs canescentia, basi paulò attenuata. *Pedicelli* capillares, breves, oppositi, trifidi, pauci (3-7)-flori, in racemis laxis spicatis digesti. *Calyx* parvus, 5-fidus: *dentibus* ovatis, acutis, æqualibus; *superiore* latiore. *Corolla* resupinata, parva, cærulea, villosa, calyce longior; *labium superum* 4-lobum, basi calcaratum: *lobis* brevibus, rotundatis; *inferum* integrum, concavum. *Filamenta* basi connexa. *Antheræ* uniloculares, nudæ. *Stigma* bifidum.

6. *P. ternifolia*, cinereo-hirsuta; foliis ternis lanceolatis serratis acuminatis subtùs tomentosis, spicis verticillatis multifloris ternis, calycibus corollisque lanatis.

Plectranthes *Buckia* et *Lavendula ternifolia.* *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ, ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Caules erecti, firmi, sesqui s. tripedales, tereti-hexagoni, crassitudine calami scriptorii, undique hirsutissimi. *Folia* terna, brevè petiolata, elliptica s. lanceolata, acuminata, serrata, utrinque hirsutissima, subtùs canescenti-lanosa, 2-3-pollicaria, internodiis longiora. *Spicæ* elongatae, in apice caulis axillares, confertae, ternae, multiflorae, verticillatae. *Bractææ* ternae, ellipticae, acutae, tomentosae, dentatae s. sæpè integrae. *Calyces* parvi, campanulati, lanati: *dentibus* ovatis. *Corollæ labio superiore* trilobo, basi gibboso, lobo medio majore emarginato; *inferiore* integro, concavo.

ACANTHACEÆ. *Juss. Brown.*JUSTICIA. *Juss. Brown.*JUSTICIÆ et DIANTHERÆ Sp. *Linn.*JUSTICIÆ Sp. *Vahl.*

Calyx æqualis, 5-partitus, rarò 4-partitus. *Corolla* valde irregularis, bilabiata v. ringens; *labio inferiore* diviso. *Stamina* 2 antherifera. *Antheræ* biloculares: *loculis* insertione sæpiùs inæqualibus. *Filamenta* sterilia nulla v. obsoleta. *Ovarii* loculi 2-spermi. *Dissepimentum* adnatum. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ v. Frutices caulescentes, inflorescentiâ variâ. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 475.*

* *Calyx* 4-partitus. *Corolla* ringens; *labio inferiore* diviso.
Br. l. c.

1. *J. simplex*, spicâ terminali brevi densâ, foliis ovatis obtusiusculis nervosis pilosis petiolatis, caule simplicissimo.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Radix fibrosa, annua. *Caulis* simplicissimus, tetragonus, gracilis, palmaris pedalisve, undique, cum foliis, pilis articulatis tectus. *Spica* terminalis, semiuncialis, densa, imbricata, undique pilosa. *Calyx* profundè 4-partitus; basi bracteis ternis instructus: *segmentis* lineari-lanceolatis, acuminatis, carinatis (lateralibus 2 angustioribus), margine membranaceis, bracteis consimilibus. *Corolla* calyce paulò longior, cæruleus, ringens, bilabiatus; *labio superiore* erecto, indiviso; *inferiore* declinato, trilobo, ciliato. *Stamina* 2, antherifera; *sterilium* rudimentis nullis. *Antheræ* biloculares; *inferiore loculo* basi calcarato. *Stylus* filiformis, gracilis. *Stigma* indivisum. *Capsula* bilocularis: *valvulis* dorso lineâ depressâ exaratis: *loculis* dispermis. *Dissepimentum* adnatum, contrarium. *Semina* retinaculis subtensa.

LEPIDAGATHIS. *Willd. Brown.*

Calyx 5-partitus, inæqualis. *Corolla* bilabiata. *Stamina* 4, antherifera. *Ovarii* loculi 2-spermi. *Capsula* sessilis.

Dissepimentum adnatum. *Brown l. c. p. 478.*

Herbæ v. Suffrutices. *Caules* geniculati, subtetragoni. *Folia* opposita, integerrima. *Flores* glomerati v. densè spicati, bracteati.

1. *L. incurva*, aspera; foliis inferioribus ovato-oblongis acutis integerrimis; supremis elongato-lanceolatis, spicis terminalibus brevibus densis secundis, bracteis ovato-lanceolatis pungente-mucronatis villosissimis corollisque incurvis.

Lepidagathis incurva. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Januario.

Caules erecti, rigidi, 4-anguli, asperè pilosiusculi, geniculati, ramulosi, pedales v. ultrà. *Folia* opposita, integerrima, utrinque asperè pilosa; *suprema* lanceolata, 3-4-pollinaria. *Spicæ* terminales, subquaternæ, breves, imbricatæ. *Flores* cærulei, bracteis breviores, ac cum iisdem unilaterales et incurvi. *Bracteæ* quaternæ; *exteriores* 2 longiores. *Calyx* 5-phyllus, 4-bracteatus: *foliolis* 3 majoribus, lanceolatis, mucronatis *Corolla* fauce coarctata. *Stamina* per paria basi connexa, distantia, *Antherarum loculis* discretis.

BARLERIA. *Linn. Gen.* 324. *Juss. Gen.* 103.

1. *B. cristata*, foliis ellipticis integerrimis acuminatis petiolatis utrinque hirsutis, bracteis linearibus integerrimis spinâ terminatis, foliolis calycinis ovatis mucronatis spinuloso-ciliatis.

Barleria cristata. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Augusto.

Caules erecti, tetragoni, hirsuti. *Folia* opposita. *Corolla* magna, cærulea; *tubus* angustus: *fauz* gibbosa. *Stigma* simplex.

RUELLIA. *Brown.*

RUELLIÆ Sp. *Linn. Juss.*

Calyx 5-partitus, (nunc profundè 5-fidus,) æqualis. *Corolla* infundibuliformis: *limbo* 5-lobo, parùm inæquali, patenti. *Stamina* 4, antherifera, inclusa. *Antheræ* loculis parallelis, muticis. *Ovarii* loculi polyspermi. *Capsula* teretiuscula, subsessilis: *dissepimento* adnato. *Semina* retinaculis subtensa.

Herbæ oppositifoliæ, caulescentes, sæpè pilosæ. *Flores axillares v. terminales.* *Brown l. c. p. 478.*

Obs. Hujus generis species determinatæ sunt *Ruellia strepens*, patula, clandestina, paniculata, reptans, secunda? ovata *Willd. Sp. Pl.* Aliæ plures probabiles. *Br. l. c.*

1. *R. hirta*, spicâ brevi densâ, bracteis planis obtusis; inter-

mediis ovalibus latissimis corollâ duplò brevioribus, foliis ovatis serratis acuminatis utrinque cauleque simplici hirsutis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caules simplices, spithamæi v. pedales, erecti, densè hirsuti.

Flores magni, purpurei.

2. *R. rotundifolia*, spicâ brevi, bracteis acuminatis carinatis; intermediis latissimis flore triplò brevioribus, foliis subrotundo-ovatis crenatis obtusè acuminatis subtùs cauleque ramoso-pubescentibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, spithamæi, ramosi. *Flores* magni, speciosi, albi?

3. *R. capitata*, spicis capitatis, bracteis obtusis planis; intermediis maximis subrotundis, calycibus obtusis, foliis lanceolatis denticulatis acuminatis utrinque pilosiusculis, caule ramoso.

Ruellia capitata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Caules erecti, ramosi, sesquipedales. *Flores* magni, rosei.

THUNBERGIA. *Linn.*

Calyx duplex; *exterior* spathaceus, diphyllus; *interior* brevissimus, cyathæformis, rarò integer. *Corolla* basi tubulosa, fauce campanulata, limbo æqualis, 5-loba. *Stamina* 4, didynama. *Antheræ* sagittatæ, biloculares, basi bicarcatæ. *Stigma* bilobum, truncatum. *Capsula* rostrata, basi globosâ, biloculari: *loculis* dispermis. *Dissepimentum* parallelum, medio adnatum. *Semina* externè rugosoplicata, non subtensa.

Frutices volubiles. *Folia opposita, petiolata, indivisa.* *Flores pedunculati, speciosi, axillares solitarii v. in apice caulis racemi instar dispositi.*

Obs. In *T. grandiflorâ Roxb.* calyx interior est integrissimus.

1. *T. coccinea*, foliis cordatis petiolatis integerrimis acuminatis glabris, floribus racemosis, calycis interioris dentibus ovatis, antheris longè calcaratis, seminibus cristatis.

Thunbergia coccinea. *Wallich MSS.*

Flemingia coccinea. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ♀. ☺.

Obs. Certè habet calycem interiorem dentatum, et nec, ut voluit celeberrimus Hamilton, eo caret.

DIDYMOCARPEÆ. *Don in Edinb. Phil. Journ.*

Calyx campanulatus, 5-fidus rariùs 5-phyllus, æqualis.

Corolla basi tubulosa, supernè ampliata, campanulata: *limbus* 5-lobus, subbilabiatus: *lobis* rotundatis, in æstivatione imbricatis.

Stamina 4, didynama, quorum 2 in *Didymocarpo* sterilia: *filamenta* glabra, fornicata: *antheræ* nudæ, biloculares.

Ovarium ensiforme. *Stylus* filiformis. *Stigma* indivisum, clavatum.

Capsula siliquosa, compressa, bivalvis, 4-ocularis: *valvis* primùm per totam longitudinem discedentibus. *Dissepimentum* duplex, membranaceum, seminiferum, valvulos constituens, tardiùs ad commissuras dorsales v. marginales solutum.

Semina numerosissima, minuta, pendula, nuda s. rariùs caudata: *testa* duplex; *exterior* crassiuscula; *interior* membranacea, diaphana: *albumen* nullum. *Embryo* inversus, rectus, lacteus: *cotyledones* breves, semiteretes, crassæ: *radicula* supera, cylindræa, crassa, cotyledonibus duplò longior, obtusa. *Nob. in loc. cit.* 7. p. 83. (character plurimùm reformatus).

Herbæ (*Ind. Orient.*) *perennes, terrestres, acaules rariùs caulescentes, v. Frutices parasitici, foliis oppositis integerrimis coriaceis glabris: in* *Herbis, folia plerumque radicalia, cordata, crenata v. serrata, hirsuta; in* *Cauliscentibus terna. Flores umbellati, purpurei, rosei v. rubri; in* *Herbis, umbellæ dichotomæ, basi involuero et involucello diphyllò munitæ. Nob. in loc. cit.* p. 84.

Obs. Ordo a nobis, in loco suprâ citato, jamdudum statuit, a Bignoniaceis facilè distinguendus est: stigmatè indiviso, capsulæ structurâ, seminibus minutis (non compresso-alatis), pendulis, embryone inverso, cotyledonibus semiteretibus radiculâ duplò brevioribus; atque à Scrophulariinis *veris* differt seminibus pendulis albumine destitutis, radiculâ superâ, capsulæ structurâ ac dehiscentiâ. Nuperiùs Gulielmus Jack, vir clarissimus, nunc eheu! morte abreptus, qui dum vivens, summo cum ardore, Floræ Sumatranæ divitia perlustrabat, plures plantas ad hanc familiam pertinentes in *Parte priore Tom. XIV. Act. Soc. Linn.* sub nomine Cyrtandracearum egit. Nomen Cyrtandracearum vix retinendum, quòd *Cyrtandra Forst.*, ut patet specimen autopsiæ, in *Herb. suo*, nunc in *Mus. Lamb.* asservato, semina habet erecta albumine copioso instructa, baccam subrotundam corticatam, bilocularem, intùs pulposam, septum carnosum seminiferum crassum,

radiculam superam; hinc maxima affinitas cum Scrophularinis videtur. In hoc ordine, ut in conterminis, septum capsulæ è laminâ duplici semper constitutum est, et, quandò capsula quadrilocularis est, valvuli semper è septo duplici formati, quia in Didymocarpeis, parietes capsulæ deciduæ atque omninò ab his valvulis distinctæ; indè falsa est opinio, quæ huic atque congeneribus attribuat valvas cum marginibus involutis seminiferis.

DIDYMOCARPUS. *Wall.*

DIDYMOCARPI Sp. *Jack in Linn. Trans.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* fauce ventricosa; *labio superiore* multò brevior. *Stamina* 2 antherifera, inclusa; 2 superiora sterilia, brevissima. *Antheræ* parallelo-adnatæ: *loculis* transversis. *Stigma* laterale, planiusculum, obtusum. *Capsulæ valvulis* è suturâ dorsali dissilientibus. *Semina* ovata, nuda.

Herbæ *perennes, acaules v. caulescentes*. *Radix cæspitosa, fibrosa*. *Folia plerumquè cordata, crenata, rugosa, hirsuta*. *Caules s. Scapi erecti, simplices*. *Flores rosei v. purpurei, involucrati, in umbellis dichotomis digesti*.

* *Acaules. Scapigeri.*

1. *D. macrophylla*, foliis cordato-ovalibus dentato-serratis crenatisve suprâ villosis subtùs nudiusculis, scapis glabris foliis plurimùm brevioribus, involucris involucellisque rotundatis integerrimis basi connatis, laciniis calycinis rotundatis.

Didymocarpus macrophylla. Wallich in Litt.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Folia ampla, plerumquè solitaria, 3-7 pollices longa, 2½ s. 5 uncias lata. *Petiolis* semiteretes, 3-4-pollicares. *Scapus* petiolo subæqualis, rarò longior. *Flores ac Involucelli* purpurei.

2. *D. cinerea*, foliis cordato-ovalibus inæqualitèr crenatis suprâ petiolisque cinereo-tomentosis, scapis farinosis paucifloris folio brevioribus, involucris subdentatis involucellisque cinereo-tomentosis, laciniis calycinis ovatis acutis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Folia cordato-ovalia, obtusa, crenata, sesqui v. bipollicaria, petiolis subæqualia, utrinque cinerea. *Scapi* filiformes, farinosi. *Flores* majores, purpurei.

3. *D. plicata*, foliis binis subsessilibus orbiculato-cordatis carnosissimis suprâ rugoso-plicatis sericeo-candidis subtùs lacunososo-venosis margine revolutis, scapo pubescente multifloro.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Radix ramosissima, fibrosa, densè cæspitosa. *Folia* pollicaria. *Scapi* 5-unciales.

• • *Caulescentes.*

4. *D. villosa*, caule tetraphyllo undique villosissimo, foliis disparibus ovalibus petiolatis dupliciter crenatis utrinque sericeo-villosissimis, pedunculis solitariis geminisve plurifloris glabris folio longioribus, calycibus lævibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

Caules 2-6-pollicares, villis longis patulis undique densè tecti. *Folia* ovalia, utrinque villosissima, uncialia v. bipollicaria, basi rotundata. *Pedunculi* erecti, filiformes, glabri, pluriflori, sesqui s. bipollicares. *Involucra* ac *Involucella* connata, integerrima, colorata. *Flores* majores, purpurei. *Lacinia calycina* brevissimæ, rotundatæ.

5. *D. oblonga*, caule tetraphyllo lanuginoso, foliis brevè petiolatis elliptico-oblongis acutis duplicato-serratis rugosis subvillosis, pedunculis geminis solitariisve paucifloris folio brevioribus pubescentibus, involucellis calycibusque glabris.

Didymocarpus oblonga. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, 2-4-pollicares. *Folia* brevè petiolata, sesqui s. 2½-unciam longa, infra pollicem lata; duo semper minorâ. *Involucra* ac *Involucella* connata, rotundata, integerrima, ut et *calyces* colorata. *Flores* purpurei.

6. *D. aromatica*, caule folioso pubescente, foliis oppositis subrotundo-ovalibus crenatis suprâ sericeis; supremis sessilibus subcordatis, pedunculis ternis quaternisve paucifloris calycibusque glanduloso-pilosis, laciniis calycis ovatis acutis.

Didymocarpus aromatica. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caules erecti, pubescentes, supernè paulò villosi, vix palmares. *Folia* opposita, (infimis tamen alternis) petiolata, subrotundo-ovalia, obtusa, sesqui v. bipollicaria, basi rotundata, nunc subcordata, utrinque pube longiusculâ tecta, et præsertim suprâ ubi sericea; supremis 2 sessilibus. *Petioles* villosi, pollicem v. sesquipollicem longi. *Pedunculi* terminales, plures (3-4), foliis longiores, pilis glandulosis copiosè instructi. *Flores* purpurei. *Involucella* cordata, basi vix connata.

7. *D. primulifolia*, caule tetraphyllo pubescente, foliis cordato-ovalibus petiolatis bicrenatis utrinque rugosis sericeisque, pedunculis geminis plurifloris calycibusque pilosis, involucris subrotundo-ovalibus mucronulatis basi connatis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 4.

Caules 3-6-unciales, infernè nudi, pubescentes, ad apicem foliis 4 instructi. *Folia* petiolata, ferè *Primulæ veris*. *Pedunculi* bini, terminales, pluriflori, undique ut et calyces involucriaque pilosi. *Lacinie calycinæ* rotundatæ. *Flores* purpurei.

LYSIONOTUS. *Don.*

INCARVILLEÆ Sp. *Wallich.*

Calyx profundè 5-partitus. *Corolla* infernè tubulosa, fauce dilatatâ, campanulata: limbo 5-lobo, bilabiato. *Stamina* 4, inclusa; 2 superiora sterilia, breviora; inferiora antherifera: antheris connatis. *Stigma* disco excavato subinfundibuliforme. *Capsulæ valvulis* è suturâ dorsali dissilientibus. *Semina* tereti-oblonga, muricata, utrinque villis comosa (ut in *Trichosporo*).

Herba perennis, terrestris. Radix repens, crassitie penna anserinæ, supernè lignosa, cortice fuscâ tecta, fibris capillaribus plumosis numerosis instructa. Caulis erectus, palmaris, cylindræceus, glaber, lævis, subcarnosus. Folia terna, ovato-lanceolata, acuminata, coriacea, serrata, petiolata, utrinque glabra, viridia, reticulatim venosa. Petioli brevissimi, semiteretes, glabri, suprâ canaliculati. Umbellæ 5-10-floræ, pedunculatæ. Pedunculi erecti, filiformes, glabri, 3-4-pollicares, terni, subpaniculati, parùm infra apicem caulis siti, axillares simulantes. Pedicelli teretes, glabri, basi involucellis duobus subrotundo-ovatis muniti, sæpiùs simplices, nudi, 1-flori rariùs divisi, medio bibracteolati. Corolla magnæ, speciosæ, roseæ. Capsula linearis, spithamæa v. pedatis. Nob. in loc. cit. 7. p. 86. (add. descr. coroll. et capsul.)

1. *L. serrata. Don l. c.*

Chirita ternifolia. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* 4.
Floret Augusto.

TRICHOSPORUM. *Don.*

ÆSCHYNTANTHUS. *Jack in Linn. Trans.*

INCARVILLEÆ Sp. *Roxb.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* fauce campanulata. *Stamina* longè exserta. *Antheræ* 4, per paria conniventes: *loculis* parallelis. *Stigma* infundibuliforme. *Capsulæ valvulis* è suturâ marginali dissilientibus. *Semina* tereti-oblonga, papilloso-scabra, utrinque villos longissimos emittentia, inter quos occulta.

Frutices parasitici. Caules simplices, teretes, geniculati, glabri, secus truncos arborum in more Epidendrorum scandunt, et ad geniculos fibræ simplices subsolitaria sæpius enascuntur. Folia opposita, petiolata, lanceolata, acuminata, carnosæ, integerrima, glabra. Flores terminales, umbellati. Pedicelli breves, uniflori, basi unibracteolati. Corollæ rubræ, extus pilosæ, figurâ ferè omninò Digitalis. Toto cælo diversa est *Incarvillea* Juss. cui calyx tribracteatus, antheræ bilobæ, stigma bilamellatum, capsula bivalvis bilocularis, dissepimentum simplex valvis oppositum, semina plana suborbiculata membranâ latiusculâ cincta; caulis erectus ramosus herbaceus, foliis laciniato-pinnatis ramisque alternis, floribus laxè spicatis, in characteribus omninò cum *Bignoniaceis* convenit, inter quas rectè ordinanda, tamen habitu discrepat quod magis ad *Scrophularinas* referens ab his defectu albuminis differt. *Nob. in loc. cit. 7. p. 85.*

1. *T. grandiflorum*, foliis elongato-lanceolatis acuminatis enerviis, umbellâ multiflorâ, laciniis calycinis ovatis, corollæ lobis omnibus rotundatis subæqualibus, stylo exserta. *Nob. in l. c.*

Incarvillea parasitica. *Roxb. Corom. t. 291.*

Hab. supra arbores in montibus propè Sylhet Bengalix orientalis. *Wallich. h. ☺.*

2. *T. parviflorum*, foliis ellipticis acuminatis nervosis, umbellâ pauciflorâ, laciniis calycinis linearibus, corollæ lobis superioribus brevioribus acutiusculis, stylo incluso. *Nob. in l. c.*

Hab. secus truncos arborum in montosis Nepalix inferioris. *Wallich. h. ☺.*

Obs. Species à præcedente distinctissima: floribus triplò minoribus, laciniis calycis linearibus, lobis corollæ 2 superioribus multò brevioribus acutiusculis, foliis duplò latioribus brevioribusque, nervosis. *Nob. l. c.*

GENTIANEÆ. *Juss. Brown.*

GENTIANA. *Linn. Gen. 126. Juss. Gen. 141.*

* *Corollæ fauce ampliata campanulata.*

1. *G. depressa*, acaulis; foliis elliptico-oblongis confertis acutis margine cartilagineis serrulatisque flore solitario ses-

sili, laciniis calycinis ovatis mucronulatis, corollæ lobis ovatis mucronatis, antheris oblongis.

Hab. in Gosainghan Nepalensium. *Wallich.* 7.

Planta densè cæspitosa, acaulis. *Folia* conferta, glabra.

Corolla magna, campanulata, azurea, calyce duplò longior.

Obs. Gentianæ altaicæ proxima, quæ facilè dignoscenda: plantâ omninò majore, foliis lineari-lanceolatis acutis margine integerrimis, calycibus duplò longioribus, laciniis lanceolatis mucronatis, corollâ ter longiore lobis rotundatis margine erosis.

2. *G. volubilis*, caule volubili! foliis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis 3-nerviis petiolatis! floribus axillaribus solitariis, laciniis calycinis lineari-subulatis, lobis corollæ ovatis acutis, antheris ovalibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.

Caules volubiles! teretes, glabri, sesqui v. bipedales, debiles.

Folia ovato-lanceolata, acuminata, integerrima, opposita, petiolata! sesquipollicem longa, ½-unciam lata, trinervia, utrinque glabra, viridia, basi in petiolum paulò attenuata.

Petioles angustè lineares, semi-pollicem longi, suprâ plani, margine, apicem versus, alati. *Flores* solitarii s. gemini, sæpè oppositi, pedunculosi.

Pedunculi cylindracei, læves, petiolis duplò breviores, medio bracteis 2 lanceolatis muniti.

Corolla tubuloso-campanulata, calyce longior, magnitudine *G. Pneumonanthis*, cærulea: lobis ovatis, brevibus, acutis, membranâ plicatâ apice rotundatâ ac erosâ interjectis.

Stamina 5, inæqualia: *filamenta* lineari-subulata, compressa, glabra, infernè dilatata: *antheræ* ovals, incumbentes.

Ovarium oblongum, teres, 1-loculare: *ovulis* numerosis utrique suturæ internè valvarum adnatis.

Styli 2, filiformes, staminibus breviores. *Stigmata* linearia, plana, obtusa, pruinosa, apice revoluta.

Obs. Mira est hæc planta, quæ characterem omninò inter ordinem alienum, nempe caulem volubilem, profert; tamen hocce signo vindicans sibi, ut et totus ordo, analogiam summam cum Apocincis. Rara sunt in genere folia caulina petiolata.

* * *Corollæ* fauce tubulosâ, intùs nudâ.

3. *G. capitata*, caule erecto, foliis ovali-oblongis enerviis mucronatis, floribus terminalibus sessilibus glomeratis bracteis, laciniis calycinis ovatis mucronatis membranaceis, lobis corollæ rotundatis muticis.

Gentiana capitata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ☉. Floret Februario.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, 2-3 pollices longus, simplex, glaber. *Folia* caulina brevè petiolata, margine cartilaginea; *floralia* sessilia, patentia, majora. *Flores* magnitudine *G. campestris*, cærulei.

4. *G. decemfida*, caule ramoso diffuso, foliis radicalibus elliptico-oblongis mucronatis patulis; caulinis minimis lineari-lanceolatis carinatis apice reflexis, floribus terminalibus subsolitariis, dentibus calycinis lanceolatis recurvatis mucronatis, corollâ 10-fidâ: laciniis alternis crassioribus aristatis.

Gentiana decemfida. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich.* ☉. Floret Martio.

Radix fibrosa. *Folia radicalia* maxima, lanceolata, patula; *caulina* parva, lineari-lanceolata, carinata, recurvata, margine cartilaginea ac serrulata, apice mucrone calloso instructa. *Caules* plures, ramosi, diffusi, 3-4-unciales, glabri. *Flores* terminales, subsolitarii, brevissimè pedicellati. *Corolla* tubulosa, calyce longior: limbo 10-fido: laciniis 5, longioribus crassioribusque, aristatis; cæteris membranaceis, obtusis.

Obs. *Gentiana aquatica* *Pall.*, cui proxima est, discrepat solummodò foliis brevioribus cuneatis, laciniis calycinis ovatis.

* * * *Corollæ fauce tubulosâ s. campanulatâ, intùs barbatâ.*

5. *G. floribunda*, caule erecto ramoso, foliis lanceolatis conatis acutis pubescentibus margine pilosis, pedunculis unifloris solitariis pluribusve in ramulos racemi instar dispositis, laciniis calycinis lanceolatis acutis corollisque profundè 5-fidis pubescentibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis strictus, sesqui v. bipedalis, teres, glaber, ramosissimus. *Rami* breves, multiflori, racemi instar. *Flores* pallidè cærulei. *Corolla* velutina, vix calyce longior: lobis ovatis, acutis, muticis: faux intùs pilosa.

SWERTIA. *Linn. Gen.* 125. *Juss. Gen.* 142.

1. *S. angustifolia*, caule erecto ramosissimo tetragono, foliis lineari-lanceolatis acutis trinerviis, floribus 4-partitis tetrandris, segmentis calycinis linearibus acutis corollâ obtusâ longioribus.

Swertia angustifolia, necnon *S. pulchella* et *S. dichotoma*, *Linn.?* *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ☉. Floret Septembri.

Radix longa, subfusiformis, fibris instructa. *Caulis* erectus, tetragonus, supernè ramosissimus, rigidus, sesqui v. bipedalis, glaber. *Rami* apice patuli, sæpiùs trichotomi

Folia angusta, bipollicaria. *Flores* aurei, tetrandri, longè pedunculosi. *Calyx* corollâ sæpè duplò longior.

Obs. *S. rotata*, cui affinis, differt: foliis obtusis, ramis strictis, floribus 5-partitis 5-andris, segmentis calycinis obtusis corollâ acutâ brevioribus.

2. *S. multicaulis*, caulibus cæspitosis, pedunculis tetragonis unifloris, foliis lanceolatis obtusis basi attenuatis, laciniis calycinis ovalibus obtusis, corollis 4-partitis tetrandris calyce ter longioribus: segmentis ovali-oblongis obtusis.

Hab. in Nepaliâ alpinis. *Wallich.* ♀.

Radix longa, fusiformis. *Caules* numerosi, cæspitosi, fastigiati, vix ultra bipollicares, tetragoni, trichotomi, triflori v. simplices uniflori. *Flores* purpurascens? magnitudine *S. perennis*.

EXACUM. *Brown.*

EXACI Sp. *Linn. Juss.*

Calyx 4-partitus: *foliolis* dorso alatis. *Corolla* marcescens: *tubus* globosus: *limbo* 4-fido. *Stamina* 4, exserta, declinata. *Antheræ* tetrandræ, 4-loculares! apice poris geminis apertæ, basi filamentis adnatæ; *defloratæ* strictæ, rimâ per totam longitudinem septo oppositâ dehiscentes. *Stylus* declinatus. *Stigma* clavatum, simplex. *Capsula* globosa, corollâ marcescente vestita, bilocularis. *Dissepimentum* membranaceum. *Placentæ* 2, magnæ, triquetræ, medio septi adnatæ, undique seminiferæ, demùm septo incompleto liberæ.

Herbæ erectæ, annuæ. *Caules tetragoni.* *Folia sessilia, nervosa, glabra.* *Flores terminales, aurei.*

1. *E. tetragonum*, caule tetragono-alato, foliis elliptico-oblongis acutis 5-nerviis, floribus terminalibus corymbosis, calycibus quadrialatis: laciniis ovatis acuminatis.

Exacum tetragonum. *Roxb. Fl. Ind. I. p. 413.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Caulis ferè sesqui v. bipedalis, tetragonus: *angulis* alatis. *Flores* magni, lutei.

Obs. In *Exaco* viscoso, quod *Gentianæ* affinius, corollæ *tubus* oblongus, *antheræ* biloculares posticæ longitudinalitèr dehiscentes apice callosæ, *capsula* bilocularis, *dissepimentum* duplex bipartitum interruptum marginibus involutis seminiferis.

MITRASACME. *Labill. Brown.*

Calyx angulatus, 4-(rarò 2)-fidus. *Corolla* tubo angulato: *limbo* 4-partito, æquali; decidua. *Stamina* æqualia, in-

clusa (rarò exserta). *Antheræ* posticæ. *Stylus* basi bifidus. *Capsula* inter divisuras styli dehiscens.

Herbæ glabræ v. pilosæ. Folia opposita, nunc confertissima, radicalia; caulina nulla; nunc connata. Flores terminales, umbellati, rariùs axillares solitarii. *Capsula* apice dehiscens, nec aperta. Brown Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 452.

1. *M. capillaris*, umbellâ subsimplici, pedunculo elongato, pedicellis calycibusque glandulosis, corollæ laciniis rotundatis obtusis, foliis ellipticis mucronulatis cauleque brevi pilosis.

Mitrasacme capillaris. Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 420.

Hab. in Nepaliæ convalli. Wallich. ☉.

Herba exigua, annua, sesqui v. rariùs 4-pollicaris, erecta, gracilis. *Radix* tenuis, fibrosa. *Caulis* brevis, simplicissimus, filiformis, undique pilis patulis tectus. Folia decussato-opposita, elliptica, subsessilia, acutiuscula, utrinque pilosa, 1-2 lineas longa, semilineam lata, obsolete trinervia, basi stipulâ vaginanti membranata connata; inferiora subremota; suprema approximata, ac quasi quaternatim disposita. *Pedunculus* terminalis, solitarius, caule sæpiùs multò longior, strictus, gracillimus, filiformis, pilis brevissimis glandulosis undique conspersus. *Umbella* terminalis, trichotoma, pauciflora, sæpiùs simplex, rarò subcomposita, basi bracteis binis ovatis acutis pilosis instructa. *Pedicelli* longissimi, stricti, capillares; medio brevior, et semper simplici, unifloro; lateralibus nunc sæpè di v. trichotomis, bi s. trifloris. Flores parvi, albi. *Calyx* 4-fidus: laciniis ovatis, acuminatis, margine membranaceis ac ciliatis. *Corolla* tubulosa, angulosa, calyce duplò longior: limbo brevissimo, 4-fido: lobis rotundatis, obtusis. *Stamina* 4, inclusa, tubo infra medium inserta, æqualia: filamenta gracilia, glabra: antheræ oblongæ, biloculares, poline ochroleuco turgidæ, per medium posticè filamentis adnatæ. *Ovarium* subrotundo-ovatum, acuminatum, integrum. *Stylus* subulatus, glaber, stamina æquans, basi dilatatus ac demùm capsulâ maturescente bipartitus. *Stigma* capitatum, pruinose. *Capsula* globosa, membranacea, bilocularis, apice vacua, ac intra divisuras basis styli dehiscens: septo tenui, incompleto. *Placenta* centralis, majuscula, scrobiculata, undique seminifera. *Semina* minuta, compressa, ochroleuca.

Obs. Huic generi videtur proximum esse *Exacum* filiforme, cui tamen capsula unilocularis, suturæ seminiferæ, stylus basi tandèm paritèr bifidus.

ASCLEPIADEÆ. *Brown.*APOCINEARUM pars. *Juss.*HOYA. *Brown.*

Corolla rotata, 5-fida. *Corona Staminea* 5-phylla: foliolis depressis, carnis; angulo interiore producto in dentem antheræ incumbentem. *Antheræ* membranâ terminatæ. *Massæ pollinis* basi affixæ, conniventes, compressæ. *Stigma* muticum. *Folliculi* læves. *Semina* comosa.

Suffrutices volubiles v. decumbentes. Folia opposita. Umbellæ interpetiolares, multifloræ. *Brown* Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 459.

1. *H. lanceolata*, foliis lanceolatis acuminatis glabris, umbellis paucifloris, coronæ foliolis lineari-oblongis obtusis subtus sulcatis.

Hoya lanceolata. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀. ☺.

Ramuli cum *pedicellis* pubescentes. *Folia* carnosæ.

Obs. *Hoyæ* carnosæ affinis; sed tota planta ter v. 4-plò minor est.

2. *H. linearis*, foliis linearibus obtusis carnis utrinque cauleque filiformi densè pilosis.

Hoya linearis. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Antecedente triplò minor ac tenerior. *Caulis* ramosus, filiformis, radicans. *Flores* nondùm vidi.

APOCINEÆ. *Brown.*APOCINEARUM pars. *Juss.*TABERNÆMONTANA. *Linn.* *Brown.*

Corolla hypocrateriformis: limbo 5-partito. *Stamina* inclusa: *antheris* sagittatis. *Ovaria* 2. *Stylus* filiformis. *Stigma* è dilatatâ basi bifidum. *Folliculi* 2. *Semina* pulpâ immersa.

Arbusculæ. Folia opposita. *Stipulæ* interpetiolares, infrâ adnatæ, apice solutæ. *Cymæ* subdichotomæ. *Calyx* persistens. *Brown* l. c. p. 467.

Obs. *Echites* antidysenterica *Roxb.* certè species videtur *Tabernæmontanæ*, quòd faux corollæ nuda, quòd *stamina* inclusa cum *antheris* sagittatis.

1. *T. coronaria*, foliis ellipticis obtusè acuminatis utrinque ramulisque glabris, bracteolis deciduis, dentibus calycinis brevissimis rotundatis, antheris exsertis, stigmatè indiviso, folliculis tomentosis.

Tabernæmontana coronaria. *Roxb.*

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. h .

Obs. Vix generis est, ob antheras exsertas et stigma indivisum.

ALSTONIA. *Brown.*

ECHITIDIS Sp. *Linn.*

Corolla hypocrateriformis, fauce tuboque esquamatis. *Stamina* inclusa. *Antheræ* lanceolatæ, longitudinalitè polliniferæ, à stigmatè liberæ. *Ovaria* 2. *Stylus* 1, filiformis, apice dilatato. *Stigma* subconicum. *Squamulæ* nullæ hypogynæ, nec calycinæ. *Folliculi* teretes.

Arbores sæpè *proceræ, lactescentes*. Folia *verticillata vel opposita*, costata, *glabra*. Cymæ *terminales, paniculatæ*. Flores *sæpiùs albi*. Folliculi *plerumquè longissimi*. *Brown* in *Wern. Trans.* I. p. 75.

1. *A. nerifolia*, foliis quinis lanceolatis acuminatis penninerviis subtùs velutinis, cymis terminalibus sessilibus pubescentibus, fauce pubescente, limbi laciniis lanceolatis acutis tubo duplò brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. h .

2. *A. lucida*, foliis oppositis ellipticis acuminatis glabris lucidis reticulatis, cymis terminalibus pedunculatis trichotomis, fauce barbata, limbi laciniis oblongis obtusis tubum æquantibus.

Echites triangularis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. *Wallich*. h .

NERIUM. *Brown.*

NERII Sp. *Linn.*

Corolla hypocrateriformis: *faux* coronata foliolis lacero-multifidis: *limbi laciniis* tortis, inæquilateris, ecaudatis. *Stamina*: *filamenta* medio tubi inserta: *antheræ* sagittatæ, aristatæ, medio stigmati cohærentes. *Ovaria* 2. *Stylus* 1, filiformis, apice dilatato. *Stigma* obtusum. *Squamæ* nullæ, hypogynæ. *Denticuli* in basi calycis extra corollam. *Folliculi* cylindracci.

Frutices *erecti*. Folia *terna, elongata, coriacea, venis numerosis parallelis*. *Brown* in *Wern. Trans.* I. p. 71.

1. *N. odorum*, foliis lanceolato-linearibus acutissimis margine revolutis utrinque ramulisque glabris subtùs reticulatis,

bracteis lanceolatis mucronatis persistentibus, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis.

Nerium odorum. *Roxb.*

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* h.

Folia terna, 8-9-pollicaria. *Flores* speciosi, rosei, fragrantés, sæpè in *hortis* pleni.

GARDNERIA. *Wallich.*

CYATHOSPERMUM. *Ibid. MSS.*

Calyx minimus, 4-dentatus. *Corolla* monopetalà (malè pro polypetalà à Wallichio habenda), rotatà, limbo 4-partitâ, patulâ: *tubus* brevissimus: *lobis* ellipticis, acutiusculis, crassis, cartilagineo-coriaceis; *æstivantibus* valvatis. *Stamina* 4: *filamenta* brevissima, plana: *antheræ* oblongæ, extùs convexæ, intùs planiusculæ, biloculares (post dehiscèntiam valvis membranaceis involutis), inter se in conum cylindricum arcèté coalitæ, apice truncatæ, callosæ. *Stylus* subulatus, rectus, staminibus brevior, utrinque sulco exaratus. *Stigma* acutum. *Ovarium* superum, liberum, biloculare: *ovulis* singulo loculo singulis. *Bacca* bilocularis, disperma. *Semina* compressa, orbicularia: *testa* simplex, coriacea, albumen arcèté vestiens: *albumen* magnum, album, corneum, pellucidum ac punctatum. *Embryo* rectus, dimidii seminis longitudine, in basi albuminis: *cotyledones* ovatæ, acutæ, subfoliaceæ: *radicula* cylindracea, cotyledonibus longior, infera, basi crassiore, obtusa.

Frutices volubiles, ramosissimi, glabri. *Folia* opposita, exstipulata, elliptica, acuminata, subcoriacea, integerrima, nitida, petiolata. *Pedunculi axillares*, oppositi, 3-chotomi triflori v. simplices uniflori, glabri, foliis breviores. *Flores* albi, *Cynancho Vincetoxico* duplò majores.

1. *G. ovata*, foliis ellipticis acuminatis basi acutis, pedunculis trichotomis trifloris, seminibus intùs concavis.

Gardneria ovata. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 400.*

Hab. in Sylhet Bengalæ orientalis. *Wallich.* h. ∪.

2. *G. glabra*, foliis ellipticis acuminatis basi obtusis, pedunculis simplicibus unifloris, seminibus intùs planis.

Gardneria glabra. *Wallich MSS.*

Hab. in Sylhet Bengalæ orientalis. *Wallich.* h. ∪.

Flores in hac majores, ac semina grandiora.

RUBIACEÆ. *Juss.**Fam. I. STELLATÆ.*GALLIUM. *Linn. Gen. 52. Juss. Gen. 196.*

1. *G. ciliatum*, foliis quinis latè linearibus obtusis utrinque hispidis, pedunculis variè furcatis, corollis ciliatis, fructibus erectis hispidissimis, caule erecto ramoso.

Gallium ciliatum. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*
 ♀. Floret Augusto.

Caules erecti, ramosi, flexuosi, hispidi, palmares pedalesve.
Flores parvi, lactei.

2. *G. parviflorum*, foliis lanceolatis pilosis mucronatis margine reflexis; inferioribus octonis; superioribus ac rameis senis, fructibus lævibus, caulibus diffusè ramosis tomentos.

Gallium parviflorum. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Augusto.

3. *G. latifolium*, foliis quaternis ovalibus acutis utrinque pilosiusculis, pedunculis terminalibus trichotomis laxifloris, fructibus hispidis, caule erecto ramoso piloso.

Gallium latifolium. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Caules pedales.

4. *G. vestitum*, foliis quaternis ovali-oblongis obtusis utrinque cauleque simplici hirsutissimis, pedunculis axillaribus trichotomis, floribus glomeratis, fructibus densè hispido-tomentosis.

Hab. in Nepalià. *Wallich.* ♀.

Caules palmares pedalesve.

RUBIA. *Linn. Gen. 52. Juss. Gen. 197.*

1. *R. cordifolia*, foliis quaternis longè petiolatis disparibus cordatis v. cordato-lanceolatis acuminatis utrinque petiolisque aculeatis, caulibus tetragonis ramosissimis flaccidis.

Rubia cordifolia. Linn.

R. Mungista. Roxb. Fl. Ind. I. p. 383.

R. alata. Wall. in ibid. p. 384.

Hab. in Nepaliæ regionibus montosis ubique. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Junio.

Flores in hacce, ut in *tinctorià* aliisque, sæpè 5-fidi, 5-andri.

Fam. II. STIPULARIÆ.

SPERMACOCE. *Linn. Gen.* 50. *Juss. Gen.* 197.

1. *S. pusilla*, hispida ; foliis lanceolatis a veniis subtùs glaucis, floribus sessilibus verticillatis stipulis membranaceo-ciliatis brevioribus sæpè trifidis triandris, laciniis calycinis linearibus rectis.

Spermacoce pusilla. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p.* 379.S. triandra. *Hamilton MSS.**Hab.* in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ☉.*Planta* pusilla, 2-5-pollicaris, simplex v. ramosa.HEDYOTIS. *Linn. Gen.* 49. *Juss. Gen.* 198.* *Corollæ tubo brevi, staminibus exsertis.*

1. *H. lineata*, foliis ellipticis acutis nervosis utrinque caule quo pilosissimis, corymbis axillaribus multifloris pedunculatis folio brevioribus, laciniis calycis lanceolatis patulis, stipulis coriaceis medio acuminatis.

Hedyotis lineata. *Roxb. (fide Hamilt.)*Hedyotis ulmifolia. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p.* 370.Spermacoce lineata. *Hamilton MSS.**Hab.* in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* ♀.
Floret Octobri.*Caules* plures è radice lignosâ, erecti, simplices, spithamæi, undique pilosi. *Flores* umbellati, pedicellati.Obs. Spermacoce costata *Roxb.* differt: foliis duplò longioribus acuminatis, floribus in capitulis globosis axillaribus pedunculatis.

2. *H. scandens*, glabra ; foliis lanceolatis acuminatis petiolatis glabris nitidis, stipulis vaginatis integerrimis, corymbis paniculatis axillaribus terminalibusve, laciniis corollæ intùs lanatis, caule scandente.

Hedyotis scandens. *Roxb. Fl. Ind. I. p.* 369.Petesia? Hita. *Hamilton MSS.**Hab.* in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ♀. ☽.* * *Corollæ tubo elongato, staminibus inclusis.*

3. *H. fusca*, glabra ; foliis linearibus acutis, laciniis corollæ lanceolatis obtusis, pedunculis terminalibus elongatis unifloris, tubo corollæ calyce 5-plò longiore, caule filiformi erecto subsimplici.

Hedyotis fusca. *Hamilton MSS.**H. stricta.* *Wall. in Act. Soc. Asiat.* 13. p. 369.*H. gracilis.* *Ibid. in Roxb. Fl. Ind. I. p.* 371.

Hab. in Nepaliâ, ad Gorasan. *Hamilton. Wallich.* ☉.
Floret Februario.

Caulis spithamæus v. pedalis, aut ultrâ, gracilis. *Stipulæ* brevissimæ, setaceo-dentatæ.

Obs. *H. stricta Lam.* omninò diversa est: totâ plantâ aculeis minutissimis asperâ, floribus terminalibus spicatis, foliis lanceolatis duplò brevioribus, caule ramoso.

* * *Corollis brevibus, staminibus semi-exsertis.*

2. *H. laxa*, foliis ovatis acutis utrinque pilosiusculis ciliatis, stipulis setaceo-partitis, pedunculis axillaribus dichotomis, floribus subternis, calycibus ovatis mucronatis corollâ ter brevioribus, caule ramoso debili.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis cubitalis, lævis.

CUNCEA. *Hamilton MSS.*

Calyx minimus, 4-dentatus. *Corolla* tubo brevi, limbo 4-fida: laciniis rotundatis: faux villis clausa. *Antheræ* 4, lineares, sessiles, inclusæ. *Stigma* bifidum, exsertum. *Bacca* bilocularis, disperma, calyce coronata.

Herba perennis. *Caulis* erectus, ramosus, teres, tomentosus, cubitalis. *Folia* opposita, petiolata, integerrima, bi v. tripollicaria, nervosa, utrinque pubescentia; inferiora elliptica; suprema lanceolata, mucronata. *Stipulæ* binæ, tripartitæ; segmentis setaceis. *Cymæ* terminales, compositæ, variè, trichotomæ, multifloræ. *Flores* parvi, lutei.

Obs. Genus Spermacoci affine.

1. *C. trifida. Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

OPHIORHIZA. *Linn.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* tubulosa, calyce triplò longior, limbo 5-fida, erecta: lobis ovatis. *Stamina* 5, inclusa. *Antheræ* lineares, filamentis subæquales. *Ovarium* globosum, biloculare: ovulis indefinitis. *Stylus* capillaris. *Stigma* bifidum, corollâ brevius. *Capsula* compressa, mitræformis, bilocularis: loculis transversis, arcuatis, polyspermis, supernè suturæ longitudinali dehiscentibus. *Placentæ* teretes (serè filiformes), undique liberæ ac seminiferæ, singulo loculo singulæ, basi attenuatæ, axi centrali insertæ. *Semina* indefinita, parva, hexagona: albumen pallidè luteum, corneum. *Embryo* minutus, centralis, erectus, flavescens: cotyl. brevissimæ: radícula crassa, conica, paulò cotyledonibus longior, centripeta.

Herbæ perennes, humiles. *Folia* opposita, petiolata, integerrima, stipulis 2 lineari-setaceis interjecta. *Pedunculi* axil-

lares sive terminales, solitarii. Flores numerosi, unilaterales, subsessiles, in spicis pluribus radiatim umbellatis digesti.

Obs. Ophiorhiza Mitreola, ut rectè statuit Clar. Brown, nec cum hocce, neque cum Rubiaceis ullam analogiam nisi habitu ac petiolis stipulâ brevi connatis possidet; sed certè generis omninò diversi, cui nomen Mitreolæ restitutum, ac inter Gentianeas prope Mitrasacmem, cujus habet stylum et capsulam, locandi.

1. *O. prostrata*, foliis ovatis ellipticisve suprâ asperis subtùs cauleque pubescentibus, laciniis calycinis oblongis, caule prostrato radicante.

Virecta? prostrata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Augusto.

Obs. *O. Mungos* discrepat: plantâ majore, foliis longioribus latioribusque læviusculis, laciniis calycinis ovatis, caule non radicante?

2. *O. fasciculata*, foliis ellipticis acuminatis suprâ glabris subtùs pubescentibus, floribus terminalibus fasciculatis, laciniis calycinis ovatis acutis, caule erecto.

Virecta? fasciculata et suffruticosa. *Hamilton MSS.*

Hab. in locis udis et in ripis umbrosis prope Suembu Nepalsium. *Hamilton.* ♀. Floret Junio.

Caules erecti, ramosi, 3-4-unciales v. spithamæi, basi lignosi.

Folia 3-5 pollices longa, 1-2 uncias lata.

Obs. *O. Mungos* differt: foliis elliptico-oblongis utrinque lævibus, floribus laxis spicatè cymosis.

GEOPHILA.

PSYCHOTRIÆ Sp. *Auctor.*

Calyx 5-partitus: laciniis linearibus, recurvatis. *Corolla* tubulosa, limbo 5-fida. *Stamina* inclusa. *Antheræ* ovals. *Stylus* inclusus. *Stigma* bifidum. *Bacca* ovoidea, 2-locularis, disperma, calyce coronata.

Herbæ perennes, depressæ, reptantes. *Stipulæ* integræ. *Folia* cordata, integerrima, petiolata. *Pedunculi* axillares, solitarii, bi v. pluriflori.

Obs. Hùc Psychotria herbacea *Linn.* *P. macropoda* ac *P. gracilis* *Fl. Peruv.*

Genus a Psychotriâ, præter habitum, calyce 5-partito differt. Nomen à Γῆ, terra, et Φιλίω, amo: quòd omnes species generis repunt.

1. *G. reniformis*, foliis reniformibus, petiolis cauleque pubescentibus, pedunculis bifloris folio brevioribus.

Psychotria herbacea. *Linn.*

Hab. in Sylhet Bengalæ orientalis. *Wallich.* ♀.

PSYCHOTRIA. *Linn. Gen. 92. Juss. Gen. 204.*

1. *P. nervosa*, foliis ovalibus acuminatis serrulatis nervosis glabris, stipulis simplicibus, dentibus calycinis rotundatis membranaceis, paniculis terminalibus glomeratis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.

HAMILTONIA. *Roxb.*SPERMADICTYON. *Roxb. Corom.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* infundibuliformis: tubo calyce 5-plò longiore, infernè attenuato, filiformi: limbo 5-lobo: lobis oblongis, obtusis. *Stamina* tubo infra medium inserta: filamenta capillaria: antheræ lineares medio adnatæ, exsertæ. *Stylus* inclusus, capillaris, glaber. *Stigma* 5-fidum! laciniis teretibus. *Capsula* 5-sperma, calyce coronata. *Semina* arillo reticulato obvoluta!

Herbæ perennes, erectæ, ramosæ, v. Frutices. *Folia* opposita, integerrima, petiolata. *Stipulæ* connatæ, caulem vaginantes, subcampanulatæ, dentatæ, medio longè acuminatæ. *Flores* paniculati, in fasciculis terminalibus glomerati, sessiles, interjecti squamulis numerosis setaceis.

Obs. Nomen Hamiltoniæ restituendum, quòd *Hamiltonia Willd.* est *Pyralaria Mich.* Nomen *Spermadictyonis* nimis auris terribile est servandum. Genus verè ab omnibus stigmatè 5-fido et seminibus arillo reticulato tectis distinctissimum.

1. *H. suaveolens*, foliis elliptico-oblongis acutis basi attenuatis suprâ lævibus, laciniis calycinis setaceis glandulâ terminatis.

Hamiltonia suaveolens. *Roxb. Fl. Ind. II. p. 228.*

Spermadictyon suaveolens. *Roxb. Corom. 3. p. 32. t. 230.*

Bot. Reg. 4. t. 348.

Hab. in Nepaliâ. 7.

2. *H. scabra*, foliis ovato-lanceolatis brevè acuminatis utrinque scabris basi rotundatis, laciniis calycinis linearibus.

Hamiltonia Dulina. *Hamilton MSS.*

Nonatellia? filamentosa. *Ibid.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*

7. Floret Octobri.

Flores (ex Wall.) azurei.

3. *H. fruticosa*, foliis ovatis acutis asperè pilosis, floribus 6-fidis ternis lateralibus sessilibus hexandris, calycibus bractea tubulosâ inclusis: dentibus ovatis.

Leptodermis lanceolata. Wall. in *Roxb. Fl. Ind. II. p. 191!*

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. Wallich. \mathfrak{h} .

Frutex ramulis brevissimis fasciculatus. *Stipulae* latè ovatae, acutae. *Flores* 5-plò majores, 6-fidi. *Calyces* 6-dentati, bracteâ membranaceâ monophyllâ tubulosâ supernè bifidâ inclusi. *Antherae* 6, extra faucem exsertae, lineares, per medium filamentis adnatæ. *Stigma* 5-fidum : laciniis teretibus.

Fam. III. CINCHONEÆ.

RANDIA. Linn. *Gen.* 85. Juss. *Gen.* 199.

1. *R. triflora*, spinosa ; foliis ovatis, petiolis ramulisque hirsutis, stipulis ovatis cuspidatis, pedunculis axillaribus trifloris, calycibus campanulatis : laciniis ex ovatâ basi lineari-subulatis.

Randia triflora. Hamilton MSS.

Hab. ad Hethaura Nepaliae. Hamilton. \mathfrak{h} . ☺. Floret Aprili.

Pedunculi solitarii, brevissimi, interdum 4-flori. *Spinae* oppositae, subulatae, rigidae, supra petiolos ramis adnatæ. *Flores* saepè 6-fidi, hexandri. *Antherae* semi-exsertae.

GARDENIA. Linn. *Gen.* 116. Juss. *Gen.* 201.

1. *G. rigida*, foliis cuneatis retusis mucronulatis glabris, stipulis ovatis acutis, laciniis calycinis subulatis, corollae limbo 5-lobo : lobis apice attenuatis.

Gardenia rigida. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepaliae. Hamilton. \mathfrak{h} . Floret Aprili.

Frutex depressus, ramosissimus, rigidus.

RONDELETIA. Linn. *Gen.* 90. Juss. *Gen.* 201.

1. *R. coriacea*, foliis lanceolatis acuminatis ramulisque glaberrimis nitidis, paniculâ pyramidatâ, floribus confertis glabris, limbo corollae tubo ter breviorè, dentibus brevissimis mucronatis.

Rondeletia coriacea. Wall. in *Roxb. Fl. Ind. 2. p. 142.*

R. asiatica Linn.? et Buddha? Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. Wallich. \mathfrak{h} . Floret Februario et Martio.

Arbor frondosa. *Folia* 5-6-pollicaria. *Panicula* spithamæa. *Flores* rosei.

2. *R. longifolia*, foliis lanceolatis acuminatis supra pilosis subtus ramulisque tomentosis, paniculâ divaricatâ, floribus

laxis, limbo corollæ tubo 4-plò breviorè, dentibus calycinis oblongis obtusis.

Rondeletia longifolia. Wall. in *Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 137.

Hab. in Sylhet Bengalizæ orientalis. Wallich. 7.

3. *R. proxima*, foliis ellipticis acuminatis subtùs ramulisque tomentosis, paniculâ hirsutissimâ, floribus confertissimis, limbo corollæ tubo duplò breviorè, dentibus calycinis obtusis pilosis.

Hab. in Sylhet Bengalizæ orientalis. Wallich. 7.

Obs. *R. exsertæ* valdè similis est; sed in *hac* folia sunt longiora subtùs sericea ac cum ramulis magis canescentia, limbus corollæ tubum subæquans, stigma bipartitum, dentes calycis ovati acuti.

MUSSÆNDA. Linn. *Gen.* 96. Juss. *Gen.* 200.

1. *M. Luculia*, laciniis calycinis lanceolatis acutis, corollæ lobis obcordatis, foliis ellipticis acuminatis suprâ glabris subtùs ramulisque pilosis.

Mussænda *Luculia.* Hamilton *MSS.*

Cinchona gratissima. Wall. in *l. c.* 2. p. 154.

Hab. in Nepalizæ sylvis. Hamilton. 7. Floret Augusto et Octobri. Luculi Swa *Nawaricè.* Lechoni Swa *Parbuticè.*

Arbor facie *Cinchonæ*, frondosa. *Ramuli* cylindræci, undique pilis deciduis tecti. *Folia* elliptica, brevè acuminata, coriacea, 3½-pollicaria v. spithamæa, sesqui s. tripollicem lata, utrinque viridia, basi acuta. *Corymbus* amplus, compositus, terminalis, fastigiatus, tomento deciduo tectus. *Flores* magni, rosei, pulcherrimi. *Corollæ* tubo calyce duplò longiore, glabro: limbo patulo, 5-lobo: lobis latis, subrotundo-ovalibus, obtusis. *Antheræ* nunc semi-exsertæ, nunc inclusæ. Stigma bilobum.

Obs. Mirum est, quòd antheræ quandò semi-exsertæ sunt, stigma longè inclusum, et quandò stigma exsertum antheræ inclusæ.

2. *M. hispida*, laciniis calycinis ovatis acutis, corollæ lobis rotundatis mucronulatis, pedicellis calycibusque valdè setosis, foliis ovalibus acuminatis pilosis, ramulis hispidis.

Mussænda frondosa Linn. Hamilton *MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. 7. Floret Augusto.

Obs. In *M. frondosâ* Linn. folia subtùs cum ramulis tomentosa ac canescentia, laciniæ calycinæ lineares elongatæ.

3. *M. cuneifolia*, foliis cuneato-oblongis acuminatis utrinquo ramulisque pubescentibus, bracteis lanceolatis, laciniis calycinis linearibus acutis tubo corollæ 5-plò brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. Wallich.

CAPRIFOLIACEÆ. *Juss.*XYLOSTEUM. *Juss. Gen. 212.*

1. *X. ligustrinum*, foliis ellipticis integerrimis ciliatis brevè petiolatis; supremis lanceolatis, pedicellis axillaribus oppositis bifloris, ramulis pilosis.

Xylosteum Naisoca. *Hamilton MSS.*

Lonicera ligustrina. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 179.*

Hab. ad Chitlong Nepalensium. *Hamilton.* h. Floret Aprili et Maio.

Frutex humilis, erectus, dumosus. *Folia* 1-2½-pollicaria, utrinque ad nervum pilosa.

CAPRIFOLIUM. *Juss. Gen. 212.*

1. *C. japonicum*, ramulis teretibus pubescentibus, foliis ovatis acutis basi rotundatis utrinque pedunculisque tomentosus, pedunculis axillaribus oppositis multifloris, dentibus calycinis ovatis corollisque pubescentibus.

Lonicera japonica. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h. ☺.

2. *C. macranthum*, ramulis teretibus petiolisque pilosis, foliis cordato-ovalibus cuspidatis subtùs tomentosus pilosisque, pedunculis axillaribus plerùmque bifloris, dentibus calycinis filiformibus corollisque pilosis.

Xylosteum scandens. *Hamilton MSS.*

Lonicera japonica. *Wall. in Litt. an etiam in Fl. Ind. 2. p. 174?*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. *Hamilton. Wallich.* h. ☺. Floret Junio.

Frutex elata, scandens. *Folia* 3 v. 6-pollicaria, sesqui v. triunciam lata, suprâ nudiuscula ac reticulata, subtùs tomentosa et pilosa. *Corollæ tubo* ferè tripollicari.

CORNUS. *Linn. Gen. 59. Juss. Gen. 214.*

1. *C. oblonga*, foliis elliptico-oblongis lanceolatisque obtusè acuminatis coriaceis suprâ glabris subtùs pubescentibus, paniculâ cymosâ terminali, petalis lanceolatis acutis styleque glabris.

Cornus oblonga. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 432.*

Cornus paniculata. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty (*Hamilton*), prope urbem Katmandu. *Gardner.* h. Floret Septembri.

Arbuscula frondosa. *Folia* sæpè 4-pollicaria, unciam lata.
Flores albi.

2. *C. capitata*, foliis ellipticis basi apiceque acutis utrinque ramulisque subsericeis, capitulis globosis pedunculatis involucri tetraphyllo maximo colorato basi instructis, petalis ovatis acutis, filamentis styloque pubescentibus.

Cornus capitata. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 434.*

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium (*Gardner*): in Sirinagur, *R. Colquhoun, baronettus.* ♀.

Arbuscula erecta, ramosissima. *Folia* bipollicaria, semiunciam lata. *Capitula* globosa, magnitudine *Cerasi*, pedunculata. *Involucri* colorata, obovata, latissima, mucronulata. *Flores* inter se arcè connati, et dein in baccam compositam accrescunt.

Obs. *Cornus florida*, cui arcè affinis, differt: foliis brevioribus ramulisque magis sericeis, petalis oblongis obtusis, filamentis styloque glabris, capitulis multò minùs densis.

3. *C. macrophylla*, foliis subrotundo-ovatis acutis integerrimis longè petiolatis subtùs glaucis, cymis terminalibus pedunculatis patentibus.

Cornus macrophylla. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 433.*

Hab. ad Septentrionem urbis Saharunpore (*Govan*): in Sirinagur, *Kamroop.* ♀.

VIBURNUM. *Linn. Gen. 147. Juss. Gen. 213.*

1. *V. Mullaha*, foliis ovatis acuminatis distantè serratis basi rotundatis subtùs ramulisque densè tomentosis, cymis terminalibus compositis patentissimis tomentosis, dentibus calycinis brevibus.

Viburnum Mullaha. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Julio.

Folia 2½ pollices longa, 2 uncias lata, suprà nudiuscula.

Obs. Arbor Viburno tomentoso *Thunb.* affinis, quod tamen differt: cymis erectis minoribus, flosculis neutris radiatis, dentibus calycinis longioribus, atque foliis crebrè serratis subtùs cinereis.

2. *V. nervosum*, foliis cordatis acuminatis nervosis serratis subtùs ramulisque tomento deciduo stellato instructis, pedunculis terminalibus ternis cymosis paucifloris.

Viburnum Lantana. *Wallich in Litt.*

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀. Pheclaroo *Indigenis.*

3. *V. cotinifolium*, foliis subrotundo-ovalibus integerrimis utrinque stellato-tomentosis subtùs ramulisque cinereis, cymis terminalibus lanatis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. ʒ.

4. *V. cylindricum*, foliis ovali-oblongis acuminatis coriaceis integerrimis subtùs ramulisque pubescentibus, cymis compositis erectis tomentosis, corollis oblongis tubulatis: limbo brevissimo 5-dentato.

Viburnum cylindricum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton*. ʒ. Floret Augusto. *Yayshi Nawaris*. *Goragi Curi Parbutis*.

Arbor facie *V. nudi*. Folia 5 pollices longa, sesqui v. ferè bipollicem lata. *Flores* albi. *Corolla* tubulosa, omninò *V. daurici* Pall. oblonga, teres: limbo brevi, 5-lobo: *denticibus* rotundatis.

5. *V. punctatum*, foliis ovali-oblongis integerrimis mucronulatis utrinque glabris, cynio terminali lævi patente sessili.

Viburnum punctatum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Suembu. *Hamilton*. ʒ. Floret Aprili. *Hemu Swa Nawaris*.

LORANTHACEÆ. *Rich. Juss.*

VISCUM. *Linn. Gen. 517. Juss. Gen. 212.*

1. *V. dichotomum*, aphyllum; ramulis compressis striatis articulatis: articulis subtrifloris, internodiis ovali-oblongis.

Viburnum dichotomum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton*. *Wallich*. ʒ. Floret Decembri.

2. *V. stellatum*, ramulis verticillatis teretibus glabris, foliis ovali-oblongis obtusis glabris basi attenuatis subtùs 5-nerviis, floribus paucis terminalibus.

Viscum stellatum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton*. *Wallich*. ʒ. Floret Maio.

3. *V. latifolium*, ramulis alternis angulosis glabris, foliis alternis ovatis obovatisve petiolatis basi attenuatis subtùs nervosis, umbellulis subquadrifloris dispersis pedicellatis solitariis aggregatisve, involuclis 6-fidis persistentibus.

Viscum latifolium. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Bimpedi Nepaliæ. *Hamilton*. ʒ. Floret Aprili.

LORANTHUS. *Linn. Gen.* 175. *Juss. Gen.* 212.

1. *L. odoratus*, spicis folio elliptico obtuso brevioribus, floribus patulis hexandris, antheris subrotundis, stylo petalis brevior.

Loranthus odoratus. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 2. p. 215.

L. viridiflorus. *Ibid.* p. 219.

L. hexapetalus. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty (*Hamilton*), in regionibus montosis Shivapoorâ et Chundragiri dictis. *Wallich.* h. Floret Novembri.

Flores albo-virentes, odorati.

2. *L. vestitus*, floribus fasciculatis tetrandris tubulosis, foliis ellipticis acutis subtus ferrugineo-tomentosis.

Loranthus vestitus. *Wall. in l. c.* p. 218.

Hab. in regionibus montosis Nepaliæ Shivapoorâ et Chundragira dictis. *Wallich.* h. Floret ferè toto anno.

3. *L. ligustrinus*, racemis subumbellatis, floribus tetrandris, foliis lanceolatis acutis glabris.

Loranthus ligustrinus. *Wall. in l. c.* p. 220.

Hab. in nemoribus convallis Nepaliæ. *Wallich.* h. Floret æstate.

4. *L. cordifolius*, racemis fasciculatis, floribus tubulosis tetrandris, foliis ovali-cordatis obtusis.

Loranthus cordifolius. *Wall. in l. c.* p. 222.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* h.

5. *L. umbellatus*, floribus fasciculatis tetrandris tubulosis, foliis elliptico-oblongis acutis.

Loranthus umbellatus. *Wall. in l. c.* p. 222.

Hab. in regionibus montosis Shivapooræ et in Gosaings-than. *Wallich.* h.

EBENACEÆ. *Juss. Brown.*DIOSPYROS. *Linn. Gen.* 550. *Juss. Gen.* 156.

1. *D. serrata*, foliis lanceolatis acuminatis serratis glabris, petiolis brevibus ramulisque villosis, pedicellis lateralibus aggregatis cernuis calycibusque hirsutis, stigmatibus 3 longis acutis.

Diospyros serrata. *Hamilton MSS.*

Ternstroemia bifaria. *Ibid.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* h. Floret Augusto.

Yelang *Nawaris.*

- Arbor vasta (Ham.) Ramuli villosi. Folia lanceolata, acuminata, brevè petiolata, serrata, glabra, 2-4 pollices longa, vix unciam lata. Flores laterales, aggregati, brevè pedicellati, cernui; ♂ calyx 5-partitus, corolla 5-fida, stamina circitè 20 simplicia (Ham.); ♀ calyx 5-partitus, inæqualis: segmentis subrotundis; corolla 5-fida: laciniis rotundatis. Ovarium 6-loculare. Stigmata 3, longa, filiformia, acuta. Bacca 3-locularis, polysperma. (Ham.)*
2. *D. cerasifolia, foliis ellipticis acuminatis integerrimis, petiolis brevibus ramulisque pubescentibus, pedicellis lateralibus cernuis aggregatis calycibusque puberulis, stigmatibus 3 acutis.*

Diospyros fœminina. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. h. Floret Octobri.

Obs. Præcedenti in characteribus affinis. Dubito an genus novum constituere.

SYMPLOCINEÆ.

GUAJACANÆ-Pars 2. *Juss.*

SYMPLOCOS. *L'Herit. Bonpl.*

Symplocos et Hopea. Linn. Alstonia. Mut. Ciponima. Aubl.

Calyx 5-fidus. Corolla limbo 5-10-partita: laciniis alternis minoribus. Stamina tubo corollæ inserta, triplici v. 4-plici serie indefinita, basi connata. Ovarium subinferum, 3-5-loculare: loculis 4-ovulatis. Stylus 1. Stigma 3-5-lobum. Drupa calyce coronata, 3-5-locularis: loculis monospermis.

Arbores v. Frutices ramis alternis. Folia alterna, exstipulata. Flores axillares, basi bracteolati.

Obs. Genus fortè iterum dividendum.

1. *S. Loha, foliis lanceolatis acuminatis serrulatis glabris, spicis subgeminis tomentosis petiolo longioribus, laciniis calycinis bracteolisque rotundatis.*

Symplocos Loha et subspinosa. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. h. Floret Octobri.

Folia 3-6 pollices longa, lætè viridia, sesqui v. 2-pollicem lata.

2. *S. Sumuntia*, foliis ellipticis acuminatis serrulatis glabris, spicis pilosis petiolo duplò longioribus, laciniis calycinis bracteolisque oblongis.

Symplocos Sumuntia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

Folia 3-4-pollicaria, sesqui v. biunciam lata.

3. *S. theæfolia*, foliis ellipticis acuminatis serrulatis, spicis aggregatis densè pubescentibus petiolum æquantibus, laciniis calycinis bracteolisque rotundatis ciliatis.

Hab. ad Narainhetty Nepalesium. *Hamilton.* ♀. Floret Novembri.

Folia 3-pollicaria, sesqui s. bipollicem lata.

4. *S. cratægoides*, foliis ovatis acutis serratis subtùs ramulisque villosis, paniculis terminalibus villosis, laciniis calycinis rotundatis membranaceis.

Symplocos cratægoides. *Hamilton MSS.*

S. paniculata. *Wallich in Litt.*

Palura odorata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Thankot oppidum in convalli Nepaliæ propriæ. *Hamilton.* ♀. Floret Aprili.

Arbuscula vix hujus generis, facie omninò *Pruni Mahaleb.*
Flores albi, fragrantés.

SCHOEPIA. Schreb.

Calyx tubulosus, ovario arcuè connátus, basi calyculo 4-fido instructus: *limbus* margo integer. *Corolla* tubulosa, limbo erecta, 5 nunc 6-fida: *fauz* intùs fasciculo pilorum singulæ antheræ opposito barbata: *lobis* ovali-oblongis, acutis, in æstivatione valvatis. *Stamina* 5 nunc 6, tubo corollino inserta. *Antheræ* subrotundæ, ferè sessiles, biloculares, intra faucem latentes, laciniis corollæ oppositæ, ad latus utrumque rimâ longitudinali dehiscentes. *Ovarium* inferum, triloculare: *ovulis* singulo loculo singulis, oblongis, basi attenuatis. *Stylus* erectus, robustus, obsolete 3-sulcus, limbo brevior. *Stigma* capitatum, 3-lobum. *Bacca* infera, 3-locularis, 3-sperma.

Arbor ramulis angulatis, glabris. Folia alterna, elliptica, acuminata, integerrima, coriacea, utrinque glabra, viridia, brevè petiolata, bi v. tripollicaria. Racemi axillares, solitarii, breves, multiflori. Flores lutei, odorati.

Schoepfia fragrans. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 188.*

Symphoricarpos? odorata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Septembri.

SAPOTEÆ. *Juss. Brown.*BASSIA. *Linn. Gen. Juss. Gen. 152.*

1. *B. butyracea*, foliis obovatis infra tomentosis, pedunculis glomeratis unifloris calycibusque lanosis, antheris glabris apice subulatis.

Bassia butyracea. Roxb.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. h.* Floret Novembri.

Folia spithamæa, 4-5 pollices lata, coriacea, obovata v. ovato-oblonga. *Drupa* ovalis.

MYRSINEÆ. *Brown.*OPHIOSPERMA. *Vent.*ARDISIACEÆ. *Juss.*MYRSINE. *Linn. Brown.*

Flores polygami, dioici. *Corolla* 5 rarò 4-fida. *Anthera* subsessiles. *Ovarium* ovulis definitis (4-5). *Stigma* sæpiùs lobatum v. laciniatum. *Drupa* pisiformis: putamine crustaceo, monospermo.

Arbores v. Arbusculæ. *Folia alterna, coriacea.* *Flores axillares, aggregati, subumbellati.* *Corolla in plerisque 5-partita, nunc breviter tubulosa.* *Masculi majores: stigmatè simplici. Fœminei antheris minoribus effatis.* *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. I. p. 533.*

* *Floribus 4-fidis.*

1. *M. Potama*, dioica; umbellis sessilibus, foliis ellipticis mucronulatis serrulatis utrinque nudis nitidis, petiolis ramulisque pubescentibus.

Samara? *Potama. Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalicæ. *Hamilton. h.* Floret Februario.

Frutex erectus, facie *M. retusæ*, ramosissimus.

2. *M. sessilis*, hermaphrodita; umbellis sessilibus, stigmatè bilobo, foliis elliptico-oblongis acuminatis glabris nitidis supernè denticulatis.

Samara sessilis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliæ sylvis ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀.
Floret Octobri.

Arbor hermaphrodita. *Flores* 4-fidi tetrandri.

3. *M. subspinosa*, dioica; umbellis sessilibus pubescentibus, foliis lanceolatis acuminatis rigidis glabris spinuloso-serulatis.

Samara? subspinosa. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret
Februario. *Mina Bocoshi Indigenis.*

* * *Floribus* 5-Fidis.

4. *M. excelsa*, dioica; umbellis sessilibus glomeratis lanuginosis, stigmatibus oblongis, foliis lanceolatis acutis integerrimis glabris basi attenuatis.

Hab. in sylvis Nepaliæ. *Hamilton.* ♀.

Arbor excelsa. *Ham.*

EMBELIA. *Burm. Linn. Juss.*

Calyx 5-fidus. *Corolla* altè 5-partita, æstivatione imbricata.

Stamina 5, segmentis corollæ opposita: *filamenta* elongata, patula, basi corollæ inserta: *antheræ* peltatæ, biloculares, duplici rimâ dehiscentes. *Ovarium* 1-loculare, pluri-ovulatum. *Stigma* truncatum, indivisum. *Drupa* foetâ nuce crustaceâ, monospermâ. *Albumen* magnum, corneum. *Embryo* transversus, teres, flexuosus. *Radicula* longissima, centrifuga.

Arbores v. *Frutices sæpiùs scandentes.* *Folia alterna petiolata.* *Flores axillares racemosi.*

Obs. Genus à *Myrsine* discrepans: filamentis longis, antheris peltatis, corollâ ferè 5-petalâ, stigmate indiviso.

1. *E. Nagushia*, foliis ellipticis obtusis crenulatis, racemis simplicibus, corollis concavis glabris.

Samara? *Nagushia.* *Hamilton MSS.*

Myrsine? *Undulata.* *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2 p. 299.*

Hab. in sylvis ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀.
Floret Octobri. *Pau Nagushi Nawaris.*

Frutex scandens. *Drupæ* edules.

2. *E. esculenta*, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis, racemis compositis, corollis revolutis pube glandulosâ tectis.

Embelia floribunda. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 291.*

Samara? *esculenta.* *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliæ sylvis ad Narainhetty (*Hamilton*), in alpinis Shivapoorâ et Chundragiri dictis et ad Thankot. *Wallich.* ♀. Floret Januario et Februario.

Frutex scandens, ramosissimus. *Drupæ* edules.

ARDISIA. *Brown.*ARDISIÆ Sp. *Auctor.*

Flores hermaphroditi. *Corolla* 5-fida. *Antheræ* conniventes, subsessiles. *Ovarium* pluri-ovulatum. *Stigma* simplex. *Drupa* pisiformis: putamine crustaceo, monospermo. *Frutices* v. *Arbusculæ*. *Folia* alterna, coriacea. *Flores sæpius terminales, paniculati.*

1. *A. thyrsoflora*, foliis lanceolatis integerrimis, thyrsis composito terminali, corollæ laciniis subrotundo-ovatis acutis, antheris subsessilibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

MÆSA. *Forsk. Fl. Ægypt. Arab. cent. 3. p. 66.*

Juss. Gen. 161.

BÆOBOTRYS. *Forst. Gen. p. 22. t. 11.*

1. *M. lanceolata*, foliis lanceolatis integerrimis acuminatis utrinque ramulisque glabris, racemis geminis multifloris.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Folia tripollicaria, petiolata. *Racemi* nunc terni, è basi trifidâ v. bifidâ ortum ducentes.

2. *M. tomentosa*, foliis ovali-oblongis acuminatis serratis utrinque ramulisque cano-tomentosis, racemis multifloris paniculatis.

Bæobotrys tomentosa. *Hamilton MSS.*

Hab. in collibus Chiriaghaut dictis. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

Folia 4-7 pollices longa, sesqui v. 4 uncias lata.

3. *M. Chisia*, foliis ovali-oblongis acuminatis glabris subdentatis, racemis subternis elongatis, pedunculis bi-tripartitisve.

Mæsa Chisia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Aprili.

Obs. Valdè affinis est Mæsæ indicæ *Roxb.*, cui folia grosse dentata et brevius acuminata, racemi plurimi paniculati.

ERICEÆ.

ERICEÆ et RHODODENDRA. *Juss.*

Sect. I. ERICEÆ VERÆ.

ANDROMEDA. *Linn. Gen. 219. Juss. Gen. 160.*

1. *A. ovalifolia*, foliis ovalibus acuminatis integerrimis basi rotundatis, racemis lateralibus foliatis multifloris, pedicellis

secundis pubescentibus, laciniis calycinis ovatis acutis, corollis oblongis puberulis.

Andromeda ovalifolia. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 391. (cum tabulâ.)

A. capricida. Hamilton MSS.

Hab. in alpebus, ad Suembu Nepalensium (*Hamilton, Wallich*), in Sirinagur, *Kamroop*. ½. Floret Maio.

Arbor 20-40-pedalis. *Ramuli* pubescentes. *Folia* alterna, brevè petiolata, ovalia s. subrotunda, brevè acuminata, integerrima, subcoriacea, reticulato-venosa, 2-4 pollices longa, 1 s. 2 uncias lata, utrinque præsertim in junioribus pubescentia, basi rotundata v. nunc subcordata. *Racemi* numerosi, laterales, solitarii v. subpaniculati, elongati, multiflori, 2 v. sæpiùs 4-unciales, erecti, bracteis pluribus lanceolatis acuminatis foliati. *Pedicelli* unilaterales, cernui. *Calyx* pubescens: laciniis ovatis, acutis, brevibus. *Corolla* dilutè incarnata: ore coarctato, 5-dentato. *Stigma* capitatum, sæpè exsertum. *Capsula* globosa, calyce duplò longior, 5-ocularis, 5-valvis: valvis ovalibus, medio septiferis.

Obs. Capris noxia est arbor ex Hamilton.

2. *A. squamulosa*, foliis ellipticis obtusè acuminatis integerrimis basi acutis, racemis terminalibus glabris rectis, pedicellis undique versis squamulosis pubescentibus, laciniis calycinis rotundatis ciliatis, corollis ovatis pubescentibus, stylo incluso.

Andromeda lanceolata. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 390. (cum tabulâ.)

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ½.

Arbuscula erecta, ramosissima. *Ramuli* glabri. *Folia* alterna, elliptica, membranacea, petiolata, obtusè acuminata, integerrima, utrinque glabra, basi acuta, 3-4 pollices longa, 1 v. sesquiunciam lata. *Racemi* plures, terminales, erecti, puberuli. *Pedicelli* undique versi, subcernui, squamulis pluribus rotundatis ciliatis instructi. *Corollæ* ovatæ, pubescentes: ore coarctato, 5-fido. *Stylus* inclusus.

3. *A. formosa*, foliis lanceolatis acuminatis crenulatis glabris basi acutis, racemis erecto-patulis in thyrso terminalibus, pedicellis secundis cernuis calycibusque pruinosis, laciniis calycinis ovato-oblongis marginatis nitidis, corollis ovalibus.

Andromeda? formosa. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 395.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ½. Floret Aprili. Sheabogee *Nawaris*. Chemala *Parbuticè*.

Arbor sempervirens, formosa, facie *Arbuti* v. *Clethræ*, ramosa. *Rami* teretes, glabri, supernè foliosi, cortice badio tecti. *Folia* alterna, approximata, lanceolata, acuminata,

petiolata, coriacea, glabra, suprâ nitida, viridia, 4-5 pollices longa, 1 v. sesquiunciam lata, rigida, reticulato-venosa, basi acuta, margine rectiuscula ac crebrè crenulata. *Racemi* erecto-patuli, pube tenuissimâ pruinosi, in thyrsio amplo terminali congesti. *Pedicelli* conferti, unilaterales. *Flores* cernui, ovales, rosei, pruinosi, ad bases bracteolâ parvâ oblongâ instructi. *Calyces* nitidi: *laciniis* ovato-oblongis, coriaceis, marginatis, obtusiusculis. *Stamina* 10, inclusa: *filamenta* barbata, infernè crassiora: *antheræ* bisetosæ. *Stylus* staminibus paulò longior. *Stigma* obtusum. *Capsula* lævis, 5-ocularis, 5-valvis, polysperma.

4. *A. cupressiformis*, procumbens; foliis 4-fariam umbricatis ovatis trigonis margine scarioso-membranaceis apice aristatis, pedunculis lanatis, laciniis calycinis oblongis aristatis.

Andromeda cupressiformis. *Wall. MSS. Don in Mem. Wern. Soc.* 3. p. 411.

A. fastigiata. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 394.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* h.

Fruticulus procumbens, ramosissimus. *Rami* numerosi, adscendentes, 2-5-pollicares, tetragoni, conferti, apice attenuati. *Folia* 4-fariam imbricata, ovata, trigona, dorso sulco depresso exarata, nitida, margine membranâ latiusculâ scariosâ, cujus apex in mucronem tenuem diaphanum productus, instructa. *Pedunculi* solitarii, axillares, uniflori, 2-3 lineas longi, filiformes, lanâ villosâ tortuosâ undique vestiti. *Laciniae calycinæ* oblongæ, margine membranaceæ, apice diaphano-aristatæ, extûs læves, glabræ. *Corolla* calyce longior, campanulata, pallidè rosea, limbo 5-loba: *lobis* oblongis, obtusis. *Stamina* 10: *filamenta* capillaria: *antheræ* basi bisetosæ. *Stylus* staminibus plurimùm longior et robustior, rectus. *Stigma* capitatum, inclusum. *Capsula* globosa, umbilicata, calyce brevior, 5-ocularis, 5-valvis: *valvis* ovatis, medio septiferis.

Obs. In *A. ericoide* proximâ rami conferti graciliores ac magis attenuati, folia lineari-oblonga trigona margine apiceque ciliis setosis instructa, pedunculi glabri, laciniae calycis muticæ; atque in *A. tetragonâ* rami breviores obtusi, folia obtusa nuda, pedunculi longiores glabri, laciniae calycis rotundatæ muticæ corollâ duplò longiores.

GAULTHERIA. *Linn. Gen.* 220. *Juss. Gen.* 161.

1. *G. annularioides*, caulibus filiformibus procumbentibus valdè setosis, foliis cordatis mucronulatis subsessilibus suprâ nudis subtûs marginibusque hispidè pilosis, pedicellis axillaribus brevissimis solitariis bracteolatis.

Hab. in alpinis Nepaliæ. *Wallich.* 5.

Frutex procumbens, ramosissimus. *Rami* filiformes, flexuosi, simplices, setis fuscis patulis undique confertissimis tecti. *Folia* cordata, mucronulata, brevissimè petiolata, suprâ nuda, subtùs marginibusque hispidè pilosa. *Flores* axillares, solitarii, brevissimè pedicellati, cernui. *Pedicelli calycesque* glabri. *Bracteolæ* 4, rotundatæ, mucronulatae; 2 exterioribus minoribus. *Lacinia calycina* latè ovata, mucronulata, margine conniventes. *Corolla* ovalis, calyce longior. *Stylus* inclusus.

2. *G. fragrans*, foliis elliptico-oblongis acutis crenulatis glabris basi subattenuatis, racemis axillaribus solitariis rectis puberulis, bracteolis ovato-oblongis concavis pedicellos æquantibus, laciniiis ovatis acutis, corollis sericeis.

Gaultheria fragrantissima. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 297. (cum tabulâ.)

Arbutus laurifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.* 5. Floret Martio.

Frutex ramosissimus, sempervirens. *Ramuli* glabri, subtriquetri. *Folia* elliptico-oblonga, acuta s. brevè acuminata, brevè petiolata, coriacea, glabra, reticulato-venosa, 2-4 pollices longa, 1 v. sesquiunciam lata, margine reflexa ac crenulata, basi parùm attenuata. *Racemi* numerosi, multiflori, solitarii, recti, axillares, folio breviores, pube villosâ tecti. *Flores* oblongi, sericei, subcernui, pallidè rosei, odoratissimi.

Obs. In *Gaultheriâ Shallon Purshii*, cui est proxima, ramuli teretes, folia cordato-ovalia, racemi terminales plures glanduloso-pilosi, bracteolæ latè ovatae, pedicelli squamulosi bracteolâ longiores, corolla pilosa.

Sect. II. MONOTROPEÆ. *Nutt.*

MONOTROPA. *Lim. Gen.* 214. *Juss. Gen.* 430.

1. *M. humilis*, caule unifloro, squamis approximatis oblongis obtusis integerrimis, flore decandro, petalis intùs filamentisque pilosis, stigmate profundè umbilicato 7-sulcato.

Hab. in Gosaingsthan Nepaliæ. *Wallich.* 7. Seemapoo Swa *Indigenis.*

Planta cæspitosa. *Caules* bi v. tripollicares, erecti, glabri, squamis numerosis instructi. *Flos* magnus, solitarius, decandrus, cernuus.

Obs. *M. uniflora* à nostra differt: squamis multùm pauciori-

bus, et latioribus ovalibus obtusis, petalis intùs flamentisque villosis, stigmatè levitè umbilicato, non sulcato.

2. *M. Morisoniana*, caule unifloro, squamis sparsis latè ovatis acutis dentatis, flore erecto decandro, petalis intùs filamentisque villosis.

Monotropa Morisoniana. *Mich. Amer.* 1. p. 266. *Pursh Amer.* 1. p. 303.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.

Caulis ferè pedalis.

Sect. III. RHODORACEÆ. *Juss.*

RHODODENDRUM. *Don in Edinb. Philos. Journ.*

Rhododendrum et Rhodora, necnon Azaleæ omnes (præter *A. procumbentem*). *Linn. Juss.*

Calyx 5-partitus. *Corolla* monopetala, sæpiùs campanulata v. basi tubulosa, (nunc rarò rotata s. 3-partita,) limbo 5-loba, subbilabiata; *labio superiore* latiore, sæpiùs maculato. *Stamina* 5-10, sæpiùs exserta. *Antheræ*, apice foramine duplici hiantes. *Capsula* 5-locularis, 5-valvis, rarò (in *R. arboreo*) 10-locularis, 10-valvis, septicido-dehiscens. *Placenta* simplex, angulata. *Semina* compressa, scobiformia, alata.

Frutices v. Arbores, sæpiùs *sempervirentes*. *Folia alterna, integerrima, apice sphacelata s. glandulâ luteâ terminata.*

Flores terminales, corymbosi, speciosi, colore varii.

Obs. *Rhodora* nullo modo differt. In *hac* corolla est verè monopetala, tripartita: lobis duobus inferioribus angustioribus immaculatis integris, labio superiore latiore 3-lobo maculato.

1. *R. setosum*, ramulis undique setosis, foliis ovalibus subtùs marginibusque setosis, pedicellis glanduloso-pilosis, laciniis calycinis rotundatis coloratis nudis crenulatis.

Rhododendrum setosum. *Don in Mem. Wern. Soc.* 3. p. 406.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. 7.

Frutex parvus, semipedalis, rigidus, ramosissimus. *Rami* teretes, flexuosi, subfastigiati, cortice rugoso fuscescente tuberculato deciduo tecti. *Ramuli* brevissimi, setis patulis lutescentibus undique hispidi. *Folia* ovalia v. ovali-oblonga, petiolo brevissimo suffulta, apice obtuso cum mucronulo reflexo, basi acutiuscula, utrinque squamulis numerosis resinosis nitidis suffusa, subtùs cum marginibus demùm revolutis pilis setosis tecta, semiunciam aut ultrà longa, 3 lineas lata. *Flores* terminales, plures, glomerati. *Pedicelli* brevissimi, setis glandulisque intermixtis densè instructi. *Calyces* purpurascens, campa-

nulati: *lacinia* latè rotundatæ, membranaceæ, nudæ, margine superiore crenulatæ. *Corolla* purpurea, magnitudine *R. duarici*; *tubus* brevissimus: *limbus* patulus, 5-fidus: *lobis* ovalibus, obtusis, crenulatis. *Stamina* declinato-patula, corollâ longiora. *Filamenta* basi barbata. *Stylus* filiformis, staminibus longior, glaber. *Stigma* capitatum. *Capsula* subrotundo-ovata, lævis, 5-ocularis, 5-valvis.

Obs. *R. hirsutum* differt: ramulis junioribus solummodò pilis raris instructis, foliis ellipticis margine ciliatis utrâque paginâ nudis, pedunculis plus elongatis, laciniis calycis linearibus aristatis ciliatisque, corollis majoribus campanulatis, stylo villosò, stigmate excavato.

2. *R. anthopogon*, ramulis pubescentibus, foliis ovalibus subtùs ferrugineis lepidoto-tomentosis, floribus glomeratis pentandris, corollis hypocrateriformibus fauce lanatis! staminibus inclusis.

Rhododendrum anthopogon. *Don in l. c. p. 409.*

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich. 7.*

Frutex pedalis v. sesquipedalis, sempervirens, rigidus, fasciculatim ramosissimus. *Rami* flexuosi, fastigiati, cortice rugoso laminoso deciduo. *Ramuli* teretes, pube brevissimâ ferrugineâ lepidotâ omninò tecti. *Folia* ovalia, coriacea, petiolata, suprâ nuda, opaco-viridia ac reticulato-venosa, subtùs densè lepidota, ferruginea, apice mucronulo reflexo. *Flores* terminales, glomerati, subsessiles. *Pedicelli* breves, lepidoti et resinosi. *Calyces* campanulati, 5-partiti, virides: *segmenta* ovalia, apice rotundata, margine villosa. *Corolla* hypocrateriformis! rosea: *tubus* cylindraceus, limbo plurimùm longior, supernè dilatatus: *lobis limbi* rotundatis, crispato-crenulatis: *faux* coarctata, lanâ copiosâ niveâ tortuosâ tecta! *Stamina* 5, inclusa! tubo multò breviora. *Filamenta* gracilia, erecta, glabra. *Stylus* supernè crassior, staminibus plurimùm brevior. *Stigma* clavatum. *Capsula* 5-ocularis, 5-valvis.

3. *R. campanulatum*, ramulis glabris, foliis ellipticis mucronulatis subtùs cinereo-pulverulentis basi subcordatis, pedunculis petiolisque nudis, corollis campanulatis: lobis planis integerrimis, ovariis glabris.

Rhododendrum campanulatum. *Don in l. c. p. 410.*

Frutex sempervirens, magnitudine atque facie *R. Cataubensis*, cortice cinereo laminoso deciduo. *Ramuli* breves, teretes, glabri. *Folia* latè elliptica, mucronulata, coriacea, suprâ nuda, nitida, opaca, subtùs tomento pulverulento deciduo cinerea, 2½ ad 4 uncias longa, sesqui v. bipollicem lata, basi subcordata. *Petioles* semiteretes, glabri, suprâ sulco angusto exarata, crassitie pennæ corvinæ, pollicares.

- Flores* pulcherrimi, 6-10, corymbosi, terminales. *Pedunculi* alterni, glabri. *Lacinia calycina* brevissimæ, rotundatæ, membranaceæ, nudæ. *Corolla* ampla, campanulata, magnitudine *R. Pontici*, rosea, impunctata: *lobis* latè rotundatis, planis, margine integerrimis. *Stamina* 10, declinata, corollâ longiora. *Filamenta* compressa, infernè villosa. *Ovarium* glabrum. *Stylus* longior ac crassior staminibus, angulatus. *Stigma* depresso-capitatum. *Capsula* teres, 5-locularis, 5-valvis, pollicaris, sulcis 5 impressa.
4. *R. arboreum*, foliis lanceolatis acutis subtùs argenteis basi subacutis, floribus confertis, pedunculis calycibusque lanatis, corollis campanulatis: laciniis bilobis margine crispato-crenulatis, capsulâ 10-loculari tomentosâ.

Rhododendrum arboreum. *Smith Exot. Bot. t. 6.*

R. purpureum. *Hamilton MSS.*

β floribus roseis.

γ floribus niveis.

Rhododendrum album. *Hamilton MSS.*

Hab. in montibus ad Narainhetty Nepalensium (*Hamilton, Wallich*), in Sirinagur, *Hardwicke, Kamroop.* h. Floret Martio. Booram *Indigenis.*

Arbor 20-pedalis v. ultrà, sempervirens, ramosissima, tempore florendi speciosissima. *Cortex* badius, rimosus, deciduus. *Rami* adscendentes, teretes, crassi, rigidi, glabri. *Folia* lanceolata v. elliptica, acuta, valdè coriacea, suprâ opaco-viridia, nitida, subtùs tomento brevissimo denso argentea, basi obtusa, margine reflexa, versus basin revoluta, 4-6 uncias longa, 1 v. 2 lata. *Petioli* semiunciales, tomentosi. *Squamæ bracteatae* coriaceæ, latè rotundatæ, extùs lanatæ. *Flores* terminales, numerosi, densè corymbosi. *Lacinia calycina* brevissimæ, tomentosæ. *Corolla* magna, coccinea, campanulata, 5-loba, subbilabiata: laciniis latis, bilobis, margine crispato-crenulatis; *superioribus* erectis, maculis atro-purpureis numerosis notatis; *inferioribus* patulis, immaculatis. *Stylus* angulatus, adscendens, staminibus declinatis longior. *Stigma* crassum, capitatum, convexum, crenulatum. *Capsulae* 10-loculares, 10-valves, tomentosæ.

GENUS ERICEIS AFFINE.

SONERILA. *Roxb.*

Calyx monophyllus, limbo 3-4-fidus, patens. *Corolla* monopetala, rotata: *tubus* vix ullus: *limbus* patulus, 3-v. 4-partitus: *lobis* latè ovatis acutis; *æstivantibus* imbricatis. *Stamina* 3-4, declinata, laciniis corollæ alterna, tubo inserta. *Antheræ* longissimæ, arcuatæ, biloculares, ros-

stratæ, apice poro gemino dehiscentes, basi filamentis infixæ. *Ovarium* inferum (calyce obvolutum), 3-4-loculare : *ovulis* numerosis minutissimis, undique placentas (quæ in singulo loculo sistunt) tegentibus. *Stylus* capillaris, declinatus, staminibus paulò longior. *Stigma* minutum, capitatum. *Capsula*

Herbæ humiles, radice fibrosâ perennes, erectæ, caulescentes. Folia opposita, disparia, petiolata. Pedunculi filiformes, terminales v. axillares. Flores umbellati s. racemosi, rosei.

Obs. Corolla verè monopetala est, et nec, utj habeant Roxburgh, Wallich et Jack, polypetala. Clariss. Wallich. antheras in *S. squarrosâ*, ut longitudinalitèr dehiscentes descripsisse liceat. Genus videtur sui ordinis.

1. *S. squarrosa*, foliis obovatis oblongisve integerrimis membranaceis basi attenuatis utrinque cauleque hispidulis, pedunculis terminalibus subsolitariis floribus, 4-fidis umbellatis.

Sonerila squarrosa. Wall. in Roxb. Fl. Ind. I. p. 182.

Hab. in Gosaingsthan. Wallich. ♀.

Radix fibrosa. *Caules* simplices, pollicares v. bipollicares, erecti, undique setis brevissimis innocuis tecti. *Folia* majora bipollicaria, pollicem v. sesquipollicem lata. *Petioluli* breves. *Pedunculi* filiformes, erecti, solitarii v. terni, foliis breviores. *Flores* rosei, in apice *pedunculorum* plures (5-10,) umbellati, *Solano* non absimiles. *Pedicelli* uniflori, basi bracteâ suffulti.

CAMPANULACEÆ. Brown.

CAMPANULACEARUM Pars. Juss.

CAMPANULA. Linn. Gen. 88. Juss. Gen. 164.

1. *C. integerrima*, hispide pilosa; caule erecto ramoso flexuoso multifloro, foliis linearibus elongatis acutis integerrimis scssilibus, laciniis calycinis linearibus rectis corollâ vix brevioribus.

Campanula integerrima. Hamilton MSS.

C. stricta. Wall. in Asiat. Res. 13. p. 374 (nec aliorum).

C. sylvatica. Ibid. in Roxb. Fl. Ind. 2. p. 97.

Hab. ad Narainhetty (Hamilton), in pratis circa urbem Katmandu Nepaliæ, Wallich. ♀. Floret Aprili.

Herba perennis, undique hispidè pilosa. *Caules* plures, asurgentes, v. erecti, spithamæ is. pedales, flexuosi, teretes, rigidiusculi, ramosi, hispidi. *Folia* alterna, sessilia, linearia, sesqui v. bipollicaria, 2 lineas lata, acuta, plana, integerrima. *Pedunculi* elongati, filiformes, recti, uniflori. *Laciniae calycis* lineares, acutæ, rectæ, fere longitudine corollæ. *Corolla* 5-fida: *laciniis* ovatis, acutis. *Stigma* exsertum, trifidum.

2. *C. pallida*, canescente-pilosissima; caule erecto ramoso, foliis ellipticis sinuoso-crenatis petiolatis; supremis sessilibus, calycibus setosis: laciniis lineari-lanceolatis corollam subæquantibus.

Campanula pallida. Wall. in *Asiat. Res.* 12. p. 375. Roxb. *Fl. Ind.* 2. p. 100.

Hab. in Nepaliæ locis sterilibus. Wallich. ♂. Floret Aprili et Maio.

Herba tota undique pilis patentibus densè tecta, itemque canescens. *Caulis* erectus, ramosus, angulatus, pedalis s. bipedalis. *Folia* alterna, elliptica, sinuoso-crenata; inferiora obtusa, petiolata; superiora acuta, sessilia. *Pedunculi* plures, terminales, erecti, subcorymbosi, 1 v. 2-flori. *Flores* nutantes. *Corolla* pilosa, dilutè cærulea: *laciniis* obtusis.

WAHLENBERGIA. Schrad.

CAMPANULÆ Sp. Linn.

Calyx 3-5-fidus. *Corolla* campanulata, basi tubulosa, limbo 3-5-fida. *Stamina* 3-5, inæqualia: *filamenta* basi simplicia. *Stigma* obtusum, trilobum, barbatum. *Capsula* 3-ocularis. 1-valvis, apice foramine triplici hians. *Dissepimenta* utrinque placentifera. *Semina* indefinita, pendula.

Herbæ erectæ, humiles, glabræ, sæpiùs annuæ. *Folia* alterna denticulata. *Flores* parvi, rosei v. cærulei, terminales paniculati, aut subsolitarii, v. axillares solitarii.

1. *W. ovata*, foliis ovatis petiolatis repando-denticulatis, floribus axillaribus solitariis pedunculosis erectis.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ☉.

Caules erecti, ramosi, glabri, 4-5-unciales. *Folia* ovata, acuta, petiolata, lætè viridia, utrinque pilosiuscula, margine repanda et denticulata, pollicem longa, $\frac{1}{2}$ lata. *Pedunculi* rari, capillares. *Laciniae calycinæ* lanceolatae, acutæ. *Corolla* campanulata, 5-loba. *Stamina* 5. *Stylus* corollæ brevior, rectus, crassus. *Stigma* 3-lobum. *Capsula* trigona, 3-ocularis.

LOBELIA. *Linn.*

Corolla tubo hinc fisso (rarò integro:) *limbo* 5-partito. *Antheræ* connatæ. *Stigma* bilobum (nunc indivisum.) *Cap-sula* 2-ocularis (rarò 3-ocularis,) apice supero bivalvi.

Herbæ v. *Suffrutices*, *pleræque lactescentes*. *Folia alterna*, *integra* v. *laciniata*, rarò *fistulosa*. *Flores racemosi terminales* v. *axillares solitarii*, *pedicellis bibracteatis* v. *nudis*. *Antheræ sæpiùs barbatae*. *Brown Prod. Fl. Nov. Holl. 1. p. 562.*

* *Caule herbaceo, floribus terminalibus racemosis, corollæ tubo longitudinalitèr fisso, labiis valdè inæqualibus.*

1. *L. pyramidalis*, lævis; foliis lanceolatis longè acuminatis serratis; supremis linearibus attenuatis, racemis paniculatis foliosis, laciniis calycinis lineari-subulatis corollam subæquantibus, caule erecto ramoso. *Don in Bot. Mag. t. 2387.*

Lobelia pyramidalis. Wall. in Asiat. Res. 13. p. 376.

L. stimulaus. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliæ montosis ad Narainhetty. Hamilton. Wallich. 2. Floret Februario. Atia Chao Nomen Kasianum.

Radix perennis. *Caulis* erectus, teres, 3-4-pedalis, glaber, purpurascens, supernè pyramidato-famosus. *Folia* lanceolata, longè acuminata, serrata, sessilia, 3-7 uncias longa, semi v. unciam lata, membranacea, basi angustata, subtùs pubescentia, reticulato-venosa, suprà glabra; *suprema* linearia, attenuata, multò minora. *Racemi* paniculati, multiflori, foliosi. *Pedunculi* alterni, singuli basi bractea foliaceâ lineari cuspidatâ suffulti. *Lacinia calycinae* lineari-subulata, longissimæ, integerrimæ, corollam subæquantès. *Corolla* purpureo-violacea: *laciniis* laucolatis, acutis. *Filamenta* connata. *Antheræ* intensè cæruleæ, undique pilosæ. *Stigma* bilobum: *lobis* rotundatis, integerrimis, subtùs concavis.

* * *Caule herbaceo, floribus axillaribus solitariis.*

2. *L. trialata*, caule adscendente triquetro ramoso alato glabro, foliis subrotundo-ovatis serratis glabris, petiolis dilatatis basi decurrentibus, floribus solitariis subra cemosis, laciniis calycinis filiformibus.

Lobelia trialata. Hamilton MSS.

L. micrantha. Hook. Ex. Fl. t. 44.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton. 2.

Caules vix palmares, basi radicanter. *Pedicelli* foliis ovatis longiores. *Corolla* parva, cærulea.

Obs. In *L. gratioloidi* Roxb., cui affinis, folia cordata sessilia.

3. *L. begonifolia*, caulibus filiformibus reptantibus hirsutis, foliis subrotundo-cordatis serratis petiolatis utrinque hirsutis basi obliquis, pedunculis solitariis unifloris, laciniis calycinis lineari-subulatis.

Lobelia begonifolia. Wall. in *Asiat. Res.* 13. p. 377.

L. obliqua. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu (Hamilton,) in agris prope urbem Katmandu Nepaliæ. Wallich. ♀. Floret Junio.

Herba perennis, prostrata, reptans, undique hirsuta, parùm canescens. *Caules* plures, foliosi, filiformes, 3-6-unciales. *Folia* alterna, petiolata, subrotunda, basi inæqualitèr cordata, magnitudine variâ, sæpè $\frac{1}{2}$ s. pollicaria. *Pedunculi* axillares, uniflori, foliis nunc longiores, nunc breviores. *Flores* parvi, cærulei. *Corolla* calycem excedens. *Antheræ* azureæ.

GLOSOCOMIA.

Calyx 5-partitus, erectus. *Corolla* monopetala, campanulata, limbo æqualis, 5-loba: *lobis* in æstivatione valvatis. *Stamina* 5, perigyna, æqualia, inclusa: *filamenta* plana, glabra, basi dilatata: *antheræ* ovali-oblongæ, erectæ, introrsæ, biloculares, carinatæ, apice obtusè mucronulatæ, internè duplici rimâ longitudinali dehiscèntes: *carinâ* pilis setosis cristatâ. *Ovarium* ultrà semi superum, 5-loculare. *Stylus* rectus, teres, basi dilatatus. *Stigma* crassum, bilobum, barbatum. *Capsula* 5-locularis, polysperma, apice dehiscens. *Dissipimenta* 5, membranacea. *Semina* ovalia compressa, lævia, axi loculorum inserta.

Herba perennis, maximè singularis. *Radix* repens? *Caules* 4-pollicares v. palmares, adscendentes, pilosi, basi foliosi et surculosi. *Surculi* pollicares, foliosi, densè pilosi, teneri, capillares, simplices v. divisi, folium pinnatum v. bipinnatum *Thalictri æmulantes*. *Folia* parva, orbiculata, integerrima, petiolis exilibus brevibus suffulta, utrinque pilosa; caulina alterna; surculina sæpiùs opposita. *Pedunculus* teres, glanduloso-pilosus, uniflorus. *Flos* pendulus. *Laciniæ* calycinæ elliptico-oblongæ, obtusæ, glanduloso-pilosæ, margine paucè dentatæ. *Corolla* glabra, cærulea, magnitudine ferè Campanulæ bononiensis.

Obs. Nomen à γλωσκόμων, marsupium, et florem marsupii-forme à nobis adhibitum significare.

1. *G. tenera*.

Codonopsis? *thalictrifolia*. Wallich in Roxb. *Flora Indica* 2. p. 106.

Hab. in Nepaliæ alijibus. Wallich. ♀. Floret Augusto.

VALERIANEÆ. *Juss. Decand.*VALERIANA. *Dusfr. Juss.*VALERIANÆ Sp. *Linn.*

Calyx margo in pappum dein evolutus. *Corolla* ecalcarata, limbo 5-loba, regularis. *Stamina* 3. *Achenia* monosperma, pappo plumoso coronata.

Herbæ pleræque perennes. Folia sæpiùs pinnatifida. Flores compositè corymbosi, albi v. rosei.

1. *V. elata*, caule ramoso tereti lævi, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis integerrimis pubescentibus, floribus corymboso-paniculatis, acheniis sulcis villosis exaratis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, ramosus, 3-4-pedalis. *Flores* parvi, rosei, triandri. *Achenia* pappo plumoso coronata, angulata et sulcata.

2. *V. Hardwickii*, caule ramoso tereti villosus, foliis radicalibus simplicibus cordatis dentatis petiolatis; caulinis sessilibus pinnatis: foliolis lanceolatis crenatis utrinque villosis, acheniis tetragonis hirsutis, stigmatè trilobo.

Valeriana Hardwickii. *Wall. in Roxb. Fl. Ind. 1. p. 166.*
Hardwicke in Asiat. Res. 4. p. 350.

Hab. in montibus prope oppidum Sirinagur (*Hardwicke*), in Nepaliæ alpinis. *Gardner.* ♀. Floret initio Anni. Chamaha Swa *Nawaris.*

Radix crassa, brevis, fibris longis crassiusculis numerosis instructa. *Caulis* erectus, ramosus, villosus, altitudine maximè varians, palmaris v. sæpiùs 2-3-pedalis.

Obs. Odorem gravem *V. officinalis* radix hujus plantæ possidet, et ab Indigenis in rem medicinæ habet.

PATRINIA. *Juss.*VALERIANÆ Sp. *Auctor.*

Calyx 5-dentatus. *Corolla* ecalcarata, limbo 4-5-loba, regularis. *Stamina* 4-5. *Capsula* trilocularis, calyce 5-dentato coronata.

Herbæ perennes, cæspitosæ. Folia sæpiùs indivisa. Flores fasciculati, aurei v. rosei.

1. *P. Jatamansi*, floribus 5-fidis 4-andris, corollæ fauce barbata, ovariis tomentosis, foliis lanceolatis acutis integerrimis pubescentibus, caule simplici.

Valeriana Jatamansi. *Jones in Asiat. Res. 2. p. 405, et 4. p. 109, (exclus. descr. et fig.) Roxb. in ibid. p. 451. Don in Lamb. Cinch. p. 180, (cum tab.)*

V. Spica. *Vahl Enum.* 1. p. 13.

Hab. in Bhotaniæ alpinis. *Wallich.* 7. Jatamangsi
Indigenis.

Planta cæspitosa. *Radices* fusiformes, longæ, crassitie sæpiùs digiti minoris, dimidio superiore rudimentis retiformibus foliorum marcidorum densè vestitæ, infernè fibris numerosis brevibus instructæ: facie ad caudam aliquorum animalium non paulò referunt. *Caules* erecti, simplicissimi, teretes, fistulosi, pube brevi juxta folia et apicem versus densiore undique vestiti, 3-5-pollicares. *Folia* lanceolata, acuta, integerrima, coriacea, lævitèr pubescentia, nervosa, 2-7 pollices longa, semi v. unciam lata, basi in petiolum attenuata; *caulina superiora* multò breviora, basi in vaginam brevissimam juncta. Flores terminales, densè fasciculati, purpurei, majusculi. *Pedicelli* et *ovaria* tomentosi. *Calyces* 5-dentati: *dentibus* triangulari-ovatis, acutis, brevissimis, hirsutis. *Corolla* tubo dilatato, limbo inæquali, 5-lobo: *fauce* villis clausâ. *Stamina* exserta. *Filamenta* barbata. *Stylus* iis longior. *Stigma* simplex, capitatum.

Obs. Hæc planta est Nardo-stachyon et Spica Nardi Antiquorum. *Conf.* Jones et Lamb. in l. c.

DIPSACEÆ. *Juss.*

DIPSACUS. *Linn. Gen.* 48. *Juss. Gen.* 194.

1. *D. strictus*, foliis simplicibus lanceolatis acutis dentato-serratis basi connatis utrinque papilloso-setosis, paleis cuneato-oblongis canescentibus apice rectis ciliatis flosculis brevioribus, caulo hexagono ramoso retrorsum hispido.

Dipsacus inermis α. *Wall. in Roxb. Fl. Ind.* 1. p. 367.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♂. Barberi v. Gooja *Indigenis.*

Caulis strictus, gracilis, hexangularis, 4-5-pedalis, fistulosus, ramosus, undique aculeis setosis extrorsis inæqualissimis basi tuberculatis asperatus. *Rami* elongati, strictissimi, 5-anguli, aphylli, uniflori. *Folia* spithamæa, $\frac{1}{2}$ s. pollicem lata. *Involucrum* sphaericum, *Dipsaci pilosæ*, bracteatum. *Flosculi* ochroleuci, paleis plurimum longiores.

Obs. *D. pilosum*, cui accedit præcedens, differt: caule minùs alto aculeisque setosis patulis hispido, ramis floriferis brevioribus, foliis ternatis v. trilobis ter brevioribus

et multò lævioribus, paleis ovato-lanceolatis mucronatis densè setosis flosculis longioribus.

2. *D. mitis*, foliis petiolatis pinnatifidis trilobisve inermibus utrinque pilosis: segmentis ellipticis acuminatis serratis, paleis ovato-lanceolatis mucronatis pilosissimis rectis flosculos subæquantibus, caule inermi ramoso.

Dipsacus inermis β . Wall. in l. c.

Hab. in Nepalix alpiibus. Wallich. ♂.

Caulis erectus, ramosus, firmus, 2-3-pedalis, fistulosus, inermis, hexangularis. *Folia* cum petiolis 3-4-pollicaria, utrinque pilis appressis tecta, mollia. *Involucrum* præcedentis. *Flosculi* lutci.

MORINA. Linn. Gen. 18. Juss. Gen. 194.

1. *M. nepalensis*, involucris diphyllis, calyce interiore indiviso: limbo obliquo tridentato: dentibus spinigeris, foliis integerrimis lineari-oblongis obtusis elongatis margine inermibus v. setaceo-spinulosis basi vaginatis; adultis utrinque glabris.

Hab. in Gosainsthan Nepalensium. Wallich. ♀.

Radix fusca, fusiformis. *Caules* erecti, palmares pedalesve, simplices, undique, præsertim apicem versus, villosi. *Folia* integerrima, opposita, 2-4 pollices longa, semunciam lata, utrinque in junioribus villosa, basi in vaginam semi v. uncialem connata, margine sæpiùs inermia; at nunc in supremis serie quasi duplici spinularum longarum setacearum armata. *Flores* in verticillis pauci, sessiles, rubri. *Involucrum* diphyllum, floribus sæpè longius. *Calyx proprius* duplex, uterque monophyllus, campanulatus, limbo truncatus, fauce villosus, ore spinulis setaceis numerosis rectis armatus; interior longior, tubulosus: limbo obliquo, apice tridentato: dentibus spinulâ terminatis. *Corolla* villosa, calyce ter longior: tubus cylindraceus, curvatus, fauce paulò dilatatus, limbo 4-lobus: lobis rotundato-ovalibus, emarginatis; infimo majore. *Stamina* 4, didynama, tubo inserta. *Antheræ* ovales, nudæ, biloculares. *Stylus* filiformis, glaber. *Stigma* orbiculatum, peltatum, instar pilei *Agarici*, planum, margine deflexum.

Obs. Species omninò diversa est *Morina persica*, cui involucrum tetraphyllum sinuato-spinosum, calyx interior bipartitus segmentis latis foliaceis retusis inermibus, verticilli multiflori, corollæ 4-plò majores tuboque ter longiore, folia 4-terna sinuato-pinnatifida lobis spinâ validâ rectâ rigidâ instructis, caulis tripedalis robustus.

COMPOSITÆ. *Linn. Adans.*Fam. I. CICHORACEÆ. *Juss.*TRAGOPOGON. *Linn.*

Involucrum simplici serie 8-10-phyllum, connivens, æquale. *Receptaculum* nudum. *Achenia* oblonga, sæpiùs tuberculata, apice attenuata. *Pappus* stipitatus, valdè plumosus. *Herbæ radice simplici fusiformi*. *Caules* sæpiùs simplices. *Folia integerrima, graminea*. *Flores solitarii, ebracteati, aurei rarò purpurei*.

Obs. Huic referenda *Scorzonera rosea Willd.* ob involucrum simplex æquale, et pappum stipitatum.

1. *T. gracile*, foliis angustè linearibus carinatis basi dilatatis, involucre 6-phylo, pappo inæquali brevè stipitato, acheniis lævibus, caule flexuoso unifloro.

Tragopogon gracile. *Don in Mem. Wern. Soc. 3. p. 414.*

Hab. in alpebus Nepalicæ. *Wallich.* ♀.

Radix fusiformis. *Caules* plures, graciles, erecti, flexuosi, 4-5-pollicares, uniflori, glabri, vix foliis longiores. *Folia* radicalia erecta, angustè linearia, obtusiuscula, nervosa, subtùs carinata, glabra, suprà canaliculata, basi lanuginosa; *caulina* basi latiùs dilatata, amplexicaulia, suprà lanuginosa. *Involucrum* magnitudine *Lactucæ perennis*, 6-phyllum: *foliolis* lanceolatis, cuspidatis, glabris, æqualibus. *Flosculi* pauci, lineares, lutei. *Achenia* lævia. *Pappus* inæqualis, brevè stipitatus.

SCORZONERA. *Linn.*

Involucrum polyphyllum, imbricatum, connivens. *Receptaculum* nudum. *Achenia* oblonga, lævia. *Pappus* sessilis, infernè plumosus, apice simplex.

Herbæ radice fusiformi. *Caules* sæpiùs ramosi. *Folia integerrima v. pinnatifida*. *Flores solitarii, pedunculosi, ebracteati, sæpiùs aurei*.

Obs. *Scorzonera pinnatifida Michaux.*, species *Crepidis* est; ob involucrum calyculatum et pappum pilosum.

1. *S. hupleuroides*, caule erecto unifloro, foliis lineari-lanceolatis acutis planis glabris basi villosis caule brevioribus, involucre pentaphyllo, pappo inæquali scabro.

Hab. in Nepalicæ alpebus. *Wallich.* ☉.

Radix fusiformis. *Caulis* simplex, ferè pedalis, teres, glaber. *Flosculi* lutei, striati, involucre breviores.

LEONTODON. *Schreb.*LEONTODONIS Sp. *Linn.*

Involucrum duplex, polyphyllum, imbricatum; *exterius* patens, revolutum; *interius* connivens. *Receptaculum* nudum. *Achenia* oblonga, lævia, apice attenuata. *Pappus* stipitatus, capillaris.

Herbæ perennes, radice fusiformi. Folia omnia radicalia, runcinata, v. rarè indivisa. Scapus teres, uniflorus, fistulosus. Flosculi aurei.

1. *L. eriopodum*, foliis lineari-runcinatis glabris basi densè lanatis, scapo foliis breviorè lanuginoso, pappo serrulato brevè stipitato.

Leontodon eriopodum. *Don in Mem. Wern. Soc.* 3. p. 413.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 4.

Planta cespitosa. *Radix* crassa, fusiformis. *Folia* plurima, patenta, lineari-runcinata, utrinque glabra, intracorum bases lanâ copiosâ fulvâ tortuosâ instructa. *Scapi* plures, foliis breviores, inanes, teretes, uniflori, lanâ albâ undique obsiti. *Involucrum* magnitudine *Apargiæ autumnalis*, duplex; *exterioris squamis* patulis, ovato-oblongis; *interioris* conniventibus, lineari-lanceolatis, obtusiusculis, basi dilatatis ac membranaceis. *Achenia* ovalia, lævia. *Pappus* capillaris, serrulatus, æqualis, albus, brevè stipitatus.

SONCHUS. *Linn.*

Involucrum polyphyllum, imbricatum. *Receptaculum* nudum. *Achenia* oblonga, sulcata. *Pappus* sessilis, capillaceus, puberulus.

Herbæ erectæ, simplices v. ramosæ. Folia sæpiùs amplexicaulia, runcinato-pinnatifida v. lyrata, nunc indivisa. Flores terminales, corymbosi, aurei s. cærulei.

Obs. Species determinatæ sunt, præter sequentes, *S. arvensis*, *palustris*, *leucophæus*, *tenerrimus*, *floridanus*, *alpinus*, *Plumierii*, *cæruleus*.

S. tataricus et *sibiricus* *Linn.* pulchellus *Pursh.* et pallidus *Willd.* Lactuæ sunt adjiçendi, quòd semina apice attenuata et pappus stipitatus.

1. *S. oleraceus*, foliis lyrato-pinnatifidis glabris lucidis: segmentis dentato-serratis: serraturis apice setaceis, involucris glabris turbinatis, achenii costis undulatis, caule iuani.

Sonchus oleraceus. *Linn.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ☉. Floret Decembri.

2. *S. cyaneus*, spicâ terminali densè glanduloso-pilosâ, foliis glabris erosè denticulatis, subtùs glaucis; inferioribus ovatis acutis indivisis petiolatis: posticibus rotundatis; superioribus oblongis sinuato-lobatis acuminatis sessilibus, floribus geminis, involucris pedunculo longioribus.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 2.

Caulis erectus, teres, bipedalis, simplex, supernè densissimè glanduloso-pilosus. *Folia* basi in petiolum attenuata. *Pedunculi* hispidi et squamulosi. *Floresculi* cyanei.

Obs. Facie omninò *S. alpini*, qui tamen differt: foliis caulinis basi amplexicaulibus, inferioribus runcinato-lobatis lobo terminali cum superioribus hastato posticibus acuminatis divaricatis, involucris pedunculo duplò triplo-ve brevioribus.

LACTUCA.

LACTUCÆ et SONCHI Sp. *Auct.*

Involucrum oblongum, oligophyllum, imbricatum, connivens.

Receptaculum nudum. *Achenia* lævia, apice attenuata.

Pappus stipitatus, capillaceus.

Herbæ erectæ, ramosæ v. simplices. *Folia sæpè amplexicaulia, pinnatifida, nunc indivisa.* *Flores terminales corymbosi a. paniculati, aurei v. cærulei.*

Obs. Hùc *Prenanthes muralis* *Linn.*

1. *L. dissecta*, foliis interruptè bipinnatifidis pilosiusculis: lobis rhombeis dentatis, petiolis amplexicaulibus basi sagittatis, paniculâ corymbosâ diffusâ, pedunculis nudiusculis unifloris, caule piloso, pappo longè stipitato.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, ramosus, pedalis v. bipedalis. *Flores* parvi, cærulei. *Achenia* punctata, apice bidentata.

CREPIS. *Linn. Gen.* 403. *Juss. Gen.* 169.

1. *C. porrifolia*, foliis inferioribus lanecolatis mucronatis integerrimis glabris glaucis; superioribus linearibus: basi denticulis setaceis utrinque ciliatâ, floribus divaricato-paniculatis, calyculo brevissimo: squamis ovatis acutis, caule erecto lævi.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Herba glauca, glaberrima, pedalis, supernè aphylla, divaricato-paniculata. *Flores* numerosi, magnitudine *C. pulchræ*, aurci.

HIERACIUM.

HIERACII Sp. *Linn.*

Involucrum polyphyllum, ovatum, appressè imbricatum, connivens. *Receptaculum* planum, favosum, lacerato-dentatum. *Achenia* oblonga, sæpiùs angulata. *Pappus* sessilis, pilosus, fragilis, serrulatus, fuscescens.

Herbæ perennes, polymorphæ. Caules nudi v. foliosi. Folia interdum integerrima. Flores terminales sæpiùs aurei, corymbosi.

Obs. Præter Hieracia ferè omnia auctorum, huc referenda est *Andryala lanata L.* Hieracium paludosum *L.* pyrenaicum *L.* et pilosum *Auctor.* (*Crepis sibirica L.*) genus distinctum videntur formare, cui nomen *Hapalostephii* dedimus: hocce ab Hieracio differt involucro polyphylo quasi duplici, exteriori laxè patulo membranaceo, interiore carinato connivente oppresso, receptaculo pilis brevibus tectus pappo capillaceo niveo mollissimo, et habitu, foliis runcinatis basi sagittatis, caulibus inanibus sulcatis. *Apargia*, cui receptaculum favosum (nec nudum ut habent auctores) solummodò ab Hieracio, præter habitum, differt pappo plumoso.

1. *H. hispidum*, foliis elliptico-oblongis obtusis mucronulatis denticulatis utrinque hispidosis; radicalibus petiolatis confertis; caulinis sessilibus sparsis, caule erecto ramoso solido valdè setoso, ramis unifloris.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Caulis erectus, ramosus, teres, undique pilis setosis hispidus, palmaris pedalisve.

2. *H. asperrimum*, foliis lanceolatis obtusis sinuoso-dentatis subtùs setosis; caulinis sessilibus, caule erecto tereti hispidissimo, corymbo patente.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis tripedalis. *Folia* 5-6-pollicaria, obtusa cum mucronulo.

Fam. II. LABIATIFLORÆ. *Lag. et Decand.*

CHAPTALIA. *Decand.*

PERDICII Sp. *Linn.*

Involucrum polyphyllum, imbricatum. *Receptaculum* nudum. *Flosculi radii* ligulati, bilabiati, foeminei (labio interiore bifido revoluti;) *disci* masculi, tubulosi, 5-fidi. *Antheræ* coalitæ, basi bisetosæ. *Stigma* bifidum. *Pappus* pilosus.

Herbæ perennes, acaules, sæpiùs lanatæ. Folia petiolata v. sessilia, sæpè runcinata. Scapi uniflori, squamosi.

1. *C. maxima*, foliis sagittato-cordatis mucronatis longè petiolatis subtùs lanatis margine denticulatis, scapis teretibus folia excedentibus lanatis, involucri squamis lanceolatis acutis margine membranaceis.

Perdicium semiflosculare? *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*

¶. Floret Novembri.

Folia 4-uncialia s. palmaria, 3-4 pollices lata; *juniora* utrinque cinereo-lanata. *Petioles* spithamæi, aut sæpè ultrà. *Scapus* pedalis v. bipedalis.

Fam. III. CARDUACEÆ.

CARDUACEÆ et VERNONIACEÆ. *Cassini.*

CNICUS. *Hoffm. Willd.*

CARDUI et CNICI Sp. *Linn.*

Involucrum sphæroideum v. ovatum, imbricatum, spinosum.

Receptaculum paleis setaceis tectum. *Antheræ* basi biseptosæ. *Stigma* indivisum. *Achenia* ancipitia. *Pappus* fastigiatus, valdè plumosus.

Herbæ robustæ, sæpiùs perennes et dioicæ, inermes s. spinosæ.

Folia sessilia, sæpiùs pinnatifida. *Flores* magni, terminales, colore varii.

Obs. Species perennes ferè semper diclines videntur; et flores foeminei colore intensiore gaudent.

1. *C. heteromallus*, inermis; foliis inferioribus lyrato-pinnatifidis; superioribus lanceolatis mucronulatis dentatis suprâ asperis subtùs cauleque niveo-lanatis, involucri squamis lanuginosis: squamis lanceolatis appressis pungente-acuminatis margine ciliato-serrulatis.

Carduus candicans. *Wallich in Litt. (non Waldst. et Kit.)*

C. Serratuloides. Hamilton MSS. (non Linn.)

Serratula carthamoides. *Roxb. Hort. Beng. p. 60.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton. ♂.*

Caulis erectus, 3-4-pedalis, ramosus, sulcatus, lanigerus, præsertim apicem versus. *Folia* sessilia, suprâ aspera, subtùs niveo-lanata; *inferiora* oblonga, lyrato-pinnatifida atque dentata, ferè pedalia, 3 pollices lata; *superiora* indivisa, lanceolata, dentata, apice mucronulata; *suprema* linearia, subintegerrima. *Involucrum* globosum, ebracteatum, extùs lanigerum: squamis omnibus inermibus, lan-

ceolatis, acutissimè mucronatis, rectis. *Flosculi* purpurei. *Pappus* valdè plumosus.

2. *C. verutus*, foliis lanceolatis sinuoso-pinnatifidis asperis spinulosc-ciliatis: segmentis obliquis subquadrilobis: lobis ovatis divaricatis spinâ validissimâ terminatis, involucri ovato-subrotundis terminalibus subternis sessilibus bracteatis: squamis lanceolatis coriaceis spinâ patulâ terminatis.

Carduus trilobatus. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton*. ♂. Floret Martio.

Caulis erectus, ramosus, lanuginosus. *Spinæ* lutescentes.

Obs. *C. lanceolato* proxima.

CARDUUS.

CARDUI et SERRATULÆ Sp. *Linn. et Auctor.*

Involucrum sphæroideum s. ovatum, imbricatum, rariùs inerme. *Receptaculum* paleis setaceis tectum. *Antheræ* basi bisetosæ. *Stigma* nunc bifidum. *Achenia* ancipitia. *Pappus* inæqualis, pilosus, serrulatus v. puberulus.

Herbæ robustæ, inermes v. spinosæ; perennes dioicæ. Folia sessilia, sinuata s. pinnatifida, dentata, basi sæpius per caulem decurrentia. Flores terminales, purpurei v. albi.

Obs. Hùc referendæ (præter *Carduos* veros) *Serratula alata*, tinctoria *L. quinquefolia L. centauroides Pall. Willd. coronata L.*

1. *C. pumilus*, uniflorus; foliis radicalibus confertis lanceolatis lyrato-pinnatifidis mucronulatis dentatis ciliatisque coriaceis; caulinis linearibus integerrimis, involucri globosis: squamis lanceolatis mucronatis.

Hab. in alpihus Nepaliæ. *Wallich*. ♀.

Radix fusiformis. *Caules* 2-3-unciales, erecti, pubescentes. *Folia* radicalia conferta; *caulina* sparsa, integerrima. *Involucrum* globosum, magnitudine *C. centauroidis*, inerme: *squamis* lanceolatis, mucronatis, glabris; *exterioribus* brevioribus. *Flosculi* purpurei. *Achenia* 4-angula, sulcata, glabra. *Pappus* inæqualis, puberulus, apice nudus, rigidus.

CENTAUREA. *Linn. Gen. 442.*

Obs. Genus certè dividendum.

1. *C. taraxacifolia*, foliis radicalibus glabris: segmentis ovatis mucronatis integerrimis dentatisve, caule subnudo unifloro densè lanigero, involucri subrotundo lævi: squamis latè linearibus acutis integerrimis, pappo longissimo plumoso.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 2.

Radix fusca, perennis, suprâ rudimentis foliorum marcidorum tecta. *Caulis* erectus, 6-uncialis, simplicissimus, teres, foliis 2-3 instructus, undique lanigerus. *Folia* runcinata, 2-3-pollicaria, petiolata, glabra, figurâ omninò ferè *Leontodonis*. *Petioli* lanuginosi, basi latè dilatato-membracei. *Involucrum* solitarium, subrotundum, magnitudine *C. Scabiosæ*. *Flosculi* omnes atropurpurei, hermaphroditi, fertiles, æquales: *laciniis* linearibus, acutis. *Stigma* bifidum. *Achenia* lineari-oblonga, subcompressa, lævia. *Pappus* longissimus, inæqualis, valdè plumosus, fusco-albus, mollis, ferè flosculis æqualis.

SERRATULA.

SERRATULÆ Sp. *Linn.*

SAUSSUREA. *Decand.*

Involucrum oblongum, inerme, arcuè imbricatum. *Receptaculum* paleis setaceis tectum. *Antheræ* basi bisetosæ. *Stigma* bifidum. *Achenia* ancipitia, lævia. *Pappus* valdè plumosus, penicillatus.

Herbæ perennes, inermes, humiles, lanigeræ. Folia indivisa, v. pinnatifida. Flores hermaphroditi, terminales, corymbosi v. capitati, purpurei.

1. *S. gossiphora*, tota lanâ occulta; caule simplici, foliis lineari-lanceolatis acutis dentatis, floribus aggregato-capitatis sessilibus involucriatis.

Saussurea gossiphora. *Don in Mem. Wern. Soc.* 3. p. 414.

Cnicus gossipinus. *Wallich in Litt.*

Hab. in alpe immensâ Gosaingsthan, inter limites nivis perpetuæ. *Wallich.* 2.

Planta maximè singularis, quòd tota lanâ longissimâ gossipinâ niveâ oblecta est, et omninò molem lanæ parvam referens. *Radix* fibris longis simplicibus crassis instructa. *Caulis* erectus, solitarius, simplex, palmaris. *Folia* lineari-lanceolata, acuta, coriacea, 2-3-pollicaria, nervosa, dentata, lanâ immersa. *Flores* in capitulum densum convexum aggregati, bractearum duplici serie involucrali. *Bractea exteriores* lineares; *interiores* ovatæ, acuminatæ, 4-plò breviores, lanâ velatæ. *Involucra* ovata, sessilia, imbricata: *squamis* appressis, inermibus, acutis. *Receptaculum* paleis brevibus setaccis tectum. *Flosculi* rosci. *Achenia* parva, angulata, lævia. *Pappus* valdè plumosus, mollissimus, penicillatus.

ELEPHANTOPUS. *Linn. Gen.* 452. *Juss. Gen.* 178.

1. *E. scaber*. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

ACILEPIS.

Involucrum hemisphæricum, imbricatum, squamis mucronatis pungentibus squarrosum. *Receptaculum* favosum. *Antheræ* basi nudæ. *Achenia* angulata. *Pappus* simplex, setaceus.

Herbæ erectæ, perennes. Folia *alterna, indivisa.* Flores *terminales, solitarii, purpurei.*

Obs. Nomen, quo squamas mucronatas involucri significare volumus, ab ἀκίς, cuspis, et λεπίς, *squama.*

1. *A. squarrosa*, foliis spathulato-oblongis mucronatis serratis subsessilibus utrinque scabris, floribus sessilibus, caule subsimplici scabro.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis sesquipetalis. *Flosculi* purpurei. *Involucrum* magnitudine *Arctii*, valdè squarrosum.

LIATRIS. Schreb.

SERRATULÆ Sp. *Linn.*

Involucrum oblongum, teres, imbricatum, connivens. *Receptaculum* nudum. *Antheræ* basi nudæ. *Achenia* pilosa. *Pappus* plumosus, sessilis, sæpiùs coloratus.

Herbæ perennes. Caules *simplicissimi, erecti.* Folia *sæpiùs graminea.* Flores *spicati, purpurei.*

1. *L. latifolia*, foliis imis confertis ovatis acutis petiolatis subtùs lanatis; superioribus oblongis sessilibus, petiolis alatis, spicâ elongatâ tenuiflorâ, floribus sessilibus sæpiùs ternis, involucri squamis lanceolatis carinatis mucronatis.

Perdicium? triflorum. *Hamilton MSS.*

Centaurea lanata. *Roxb. Hort. Beng. p.* 62?

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Febuario.

Caulis sesqui v. bipetalis, simplicissimus, undique laniger. *Folia* 3 pollices longa, 2 lata. *Flores* purpurei. *Pappus* cinereus, valdè plumosus.

LEUCOMERIS.

Involucrum oblongum, teres, polyphyllum, coriaceum, appressè imbricatum. *Receptaculum* minutum, scrobiculatum. *Flosculi* 4, hermaphroditi, tubulosi: *tubo* longissi-

mo, filiformi: limbo 5-fido, revoluto. *Antheræ* albæ, in tubum connatæ, semi-exsertæ, basi longè bisetosæ. *Stigma* exsertum, bifidum. *Achenia* teretia, undique villosissima. *Pappus* longissimus, capillaris, levitèr plumosus.

Arbuscula erecta, ramosa. Rami angulati, tomento brevissimo albido tecti. Folia alterna elliptico-oblonga, petiolata, acuta, integerrima, coriacea, 6-8 uncias longa, bi v. tripollicem lata, basi attenuata, suprâ denudata, viridia, subtus lanâ brevissimâ niveâ omninò tecta. Flores terminales, corymbosi. Pedunculi elongati, multiflori. Involucri squamæ acutæ; exteriores ovatæ, ciliatæ; interiores oblongæ. Stigmatis laciniis linearibus, demùm recurvatis, apice incrassatis, obtusis.

Obs. Nomen *Leucomeridis* nostræ plantæ imposui; ob folia subtus niveo-lanata, et antheras albas, a λευκος, *albus*, et μηρις, *pars*.

1. *L. spectabilis.*

Hab. in Nepaliâ (*Wallick*), in Sirinagur. *Kamroop*. \mathfrak{h} .

EUPATORIUM. *Linn.*

Involucrum polyphyllum, imbricatum, multiflorum. *Receptaculum* nudum. *Flosculi* omnes hermaphroditi, tubulosi. *Antheræ* inclusæ. *Stigma* longè exsertum: laciniis divaricatis. *Achenium* 5-angulare. *Pappus* pilosus.

Arbores, Frutices aut Herbæ ramis foliisque oppositis variè alternis. Flores corymbosi, paniculati, variè solitarii, violacei aut albi. Kunth in Nov. Gen. et Sp. Pl. 4. p. 105.

* *Foliis oppositis.*

1. *E. squamosum*, ramis teretibus, foliis ovatis acutis petiolatis crenatis 3-nerviis utrinque tomentosis, corymbo paniculato, involucris oblongis, pedicellisque scabris: squamis exterioribus ovatis acutis; intimis oblongis obtusis.

Eupatorium squamosum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. \mathfrak{h} .

Frutex diffusus. *Flosculi* albi.

* * *Foliis alternis.*

2. *E. pyramidale*, ramis sulcatis pubescentibus, foliis lanceolatis acutis distantè serratis asperis, paniculâ pyramidalâ, involucris ovalibus lanuginosis: squamis ellipticis mucronatis.

Eupatorium Bhuibu. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. \mathfrak{h} . Floret Novembri. *Bhuibu Parbuticè.*

3. *E. acuminatum*, ramis teretibus scabris, foliis elliptico-oblongis acuminatis asperis setaceo-serrulatis infernè attenuatis, paniculâ corymbosâ patulâ, involucri squamis oblongis obtusis.

Eupatorium Bhuibu? *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀. Floret Januario. Coitsa Nawaris.

ERIGERON.

ERIGERONTIS et CONYZÆ Sp. *Auctor.*

Involucrum hemisphæricum, polyphyllum, imbricatum. *Receptaculum* planum, nudum, scrobiculatum. *Flosculi* marginales foeminei, creberrimi, filiformes, limbo parvo obliquo, tridentati; *centrales* hermaphroditi, pauciores, tubulosi, 5-dentati, foemineis æquales. *Antheræ* coalitæ, basi nudæ. *Stigma* bifidum. *Pappus* capillaris, æqualis, denticulatus.

Herbæ v. rarè Frutices, *erectæ*, *ramosæ*, *hirsutæ*. *Folia* alterna, sæpius indivisa, sessilia. *Flores* corymbosi, *purpurei*, *albi* v. *lutei*.

Obs. Hùc Erigeron acre *L.* *Conyza chilensis* *Spreng.* et plures aliæ hujus generis; sed excludendæ et ad Asterem adjiciendæ aliæ species Erigerontis, quibus flosculi radiati.

1. *E. alatum*, foliis elliptico-oblongis acutis denticulatis utrinque glutinoso-tomentosis basi longè decurrentibus, ramis floriferis in apice caulis alati racemoso-paniculatis, involucri squarrosi squamis linearibus mucronatis; interioribus coloratis.

Conyza alata. *Hamilton MSS.* *Roxb. Hort. Beng.* p. 61.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Frutex erectus, ramosus. *Ramuli* pube viscosâ densè tecti. *Folia* tripollicaria, pube viscosâ utrinque densè vestita.

2. *E. leucanthum*, cinereo-pubescens; foliis elliptico-oblongis acuminatis sessilibus denticulatis, corymbis compositis patulis multifloris in paniculam amplam digestis, involucri tomentosi squamis lineari-lanceolatis aristatis discum subæquantibus.

Conyza leucanthemea. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Bassaria pagum Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Martio.

Herba magna. *Folia inferiora* spithamæa, bipollicem lata. *Panicula* ampla, pedalis. *Flosculi masculi* paucissimi.

3. *E. trisulcum*, foliis sessilibus hispidis dentatis; radicalibus cuneatis; caulinis oblongis amplexicaulibus, corymbis paniculatis paucifloris, caule erecto simpliciter lævi trisulco, squamis involucri aristatis disco longioribus.

Conyza trisulca. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Caulis palmaris v. cubitalis. *Flosculi centrales* masculi, pauci; *fœminei* marginales, numerosi, tenuissimi. *Pappus* niveus, æqualis.

4. *E. falcatum*, foliis lanceolatis obliquis acuminatis sessilibus subserratis glabris, corymbis glomeratis, ramis floriferis axillaribus, involucri squamis lanceolatis cuspidatis disco longioribus, caule tereti lævi.

Conyza falcata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Bassaria Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Febuario.

Herba erecta, facie *Solidaginis*. *Folia* 3-6-uncialia. *Flosculi masculi* paucissimi.

5. *E. pinnatifidum*, hispido-pilosa; foliis inferioribus sinuato-pinnatifidis; superioribus et rameis trifidis: lobis cuneatis mucronulatis integerrimis, involucri disco brevioribus, caule erecto ramoso corymboso,

Conyza pinnatifida. *Roxb. Hort. Beng. p. 61.*

C. trifida. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Caulis spithamæus v. pedalis. *Rami* sæpè palmares, in corymbi modum dispositi. *Flores* albi, parvi, compositè corymbosi.

6. *E. molle*, foliis cuneato-ovatis dentatis utrinque cauleque villosissimis, floribus glomeratis, involucri squamis linearisetaceis disco longioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis strictus, ramosus, sesquipedalis. *Flosculi* rubri.

7. *E. hieracifolium*, hirsutum; foliis inferioribus ovalibus obtusis petiolatis crenatis; superioribus oblongis amplexicaulibus, floribus terminalibus glomeratis, involucri disco longioribus, caule erecto simplici.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Caulis cubitalis.

GNAPHALIUM.

GNAPHALII Sp. *Auct.*

LEONTOPODIUM. *Brown.*

Involucrum polyphyllum, imbricatum, scariosum, coloratum, connivens. *Receptaculum* planum, nudum, scrobiculatum. *Flosculi marginales* fœminici, numerosi, filiformes, tenuissimi: *limbo* minuto, obliquo, tridentato; *centrales*

masculi, pauci, tubulosi, 5-dentati. *Antheræ* coalitæ, basi bisetosæ. *Stigma* bifidum, in *masculis* inclusum ac incompletum. *Pappus* tenuissimus, capillaris, denticulatus, utriusque sexûs consimilis.

Herbæ (pleræque annuæ et extratropicæ,) humiles, ramosæ, niveo-lanatæ. Folia alterna, sessilia, integra. Flores terminales corymbosi v. glomerati, albi aut aurei.

1. *G. affine*, foliis inferioribus lanceolatis acutis planis sessilibus utrinque niveo-lanatis; superioribus linearibus, capitulis terminalibus glomeratis, involucri squamarum laninis ellipticis obtusis.

Gnaphalium arenarium. Thunb. Jap. p. 312.

G. luteo-album. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton, Wallich. ♂.

Caules plures, assurgentes ab eadem radice, simplices, undique cum foliis niveo-lanati. Involucra ovata: squamis aureis, nitidis.

Obs. In *G. luteo-albo*, cui affine, folia undulata basi que latâ amplexicaulia inferioribus obtusis, squamis involucri pallidè lutescentibus.

2. *G. Busua*, niveo-lanata; foliis lineari-lanceolatis acuminatis elongatis basi longè decurrentibus; supremis angustioribus, capitulis axillaribus pedunculosis solitariis; terminalibus glomeratis subsessilibus, involucri squamis ovatis acutis argenteis; intimis oblongis obtusis.

Gnaphalium Busua. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepalensium. Hamilton. ☉. Floret Junio. Bu Swa Nawaris.

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, rigidus, pedalis v. sesquipedalis, ramosus, lanugine laxâ niveâ implexâ omninò tectus. *Ramuli floriferi* numerosi, solitarii, axillares, foliis breviores. *Folia* patula, mollissima, bi v. tripollicaria, plana, integerrima, basi longè decurrentia, utrinque lanata, subtùs candidiora, apice acuminata; superiora linearia, ferè duplò angustiora. *Capitula* axillaria, solitaria, pedunculosa, in apice caulis glomerata, subsessilia. *Involucra* ovalia, sessilia: squamis scariosis, argenteis, nitidis; exterioribus ovatis, acutis; intimis oblongis, obtusis. *Flosculi* difformes; centrales masculi, pauci, 5-fidi; cæteri fœminei, capillares: limbo obliquo, integro. *Stigma* exsertum, bifidum, intùs pruinatum. *Pappus* uniformis, capillaceus, niveus, denticulatus.

ANTENNARIA. *Brown.*ANTENNARIÆ Sp. *Gartn.*GNAPHALII. Sp. *Lin. et Auct.*

Involucrum polyphyllum, imbricatum, scariosum, coloratum, demùm squarrosum. *Receptaculum* planum, nudum, scrobiculatum. *Flosculi* dioici; *masculi* tubulosi, 5-dentati; *feminei* tenuissimi, filiformes; *limbo* minuto, obliquo, integro. *Antheræ* coalitæ, basi bisetosæ. *Stigma* exsertum, bifidum, in *masculinis* sterile, inclusum. *Pappus* difformis; *masculus* opacus, apice incrassatus, denticulatus; *femineus* penicillatus, capillaceus, denticulatus, involucri multo longior.

Herbæ *perennes*, *cæspitosæ*, *niveo-lanatæ*; *masculinæ* *longè robustiores ac pulchriores*. *Caules simplices*. *Folia alterna, sessilia, integerrima, sæpè basi decurrentia*; *radicalia sæpè maxima, patentia*. *Flores terminales, corymbosi, albi, v. rariùs rosei*.

1. *A. triplinervis*, caule erecto simplici, foliis ellipticis mucronatis amplexicaulibus 6-nerviis, corymbo simplici terminali, involucri globosis: squamis ellipticis acutiusculis.

Antennaria triplinervis. *Bot. Mag.* 2468.

Gnaphalium quintuplinerve. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Augusto.

Radix fibrosa, cæspitosa. *Caules* plures, erecti, palmares v. spithamæi, teretes, crassitie pennæ corvinæ, undique lanâ densissimâ intertextâ niveâ appressâ tecti. *Folia* elliptica, sessilia, mucronata, 5-nervia, integerrima, 2-3 pollices longa, ferè unciam lata, suprâ lanugine laxâ villosâ, subtus densissimâ spongiosâ implexâ tecta. *Flores* terminales, globosi, plures (9-15,) magnitudine et figurâ *A. margaritaceæ*, corymbosi, pedunculosi. *Involucri squamis* ellipticis acutiusculis, scariosis, argenteis, nitidis. *Flosculi masculi* tubulosi, omnium maximi, limbo dilatati, 5-fidi, albi, pappo breviores; *feminei* mihi ignoti. *Antheræ* luteæ, coalitæ, apice acutæ, basi bisetosæ, limbo paulò longiores. *Stylus sterilis* antheris plurimum brevior, stigmate indiviso. *Pappus* niveus, capillaris, æqualis, involucri brevior, supernè clavatus ac denticulatus.

2. *A. Timmua*, caule erecto simplici, foliis lanceolatis acuminatis basi amplexicaulibus suprâ nudiusculis, corymbo composito foliato, involucri squamis ovatis obtusis.

Gnaphalium Timmua. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀. Timmu Swa *Nawaricè*.

Herba facie omninò *A. margaritaceæ*. *Caules* erecti, simplices, sesquipedales, teretes, lanugine appressâ cinereâ densè tecti. *Folia* lanceolata, acuminata, trinervia, basi paulò angustata, amplexicaulia, 2-4-pollicaria, 2 lineas, v. nunc sæpiùs ultrà semipollicem lata, suprâ nudiuscula, subtùs lanugine appressâ cinereâ siccitatione fuscescente obtecta. *Corymbus* terminalis, compositus, multiflorus. *Peduncululi* densè lanuginosi. *Involucra* mascula globosa. *Squamis* ovatis ellipticisve, obtusis, argenteis, nitidis. *Flosculi masculi* flavi, limbo 5-fidi, pappo breviores; *femineos* nondum vidi. *Antheræ* basi bisetosæ. *Pappus* capillaris, niveus, denticulatus, involucro multò brevior.

3. *A. villosissima*, densè villosa-lanosa; foliis confertis linearibus mucronulatis planis basi paulò decurrentibus.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. ♀.

Caules simplices. *Folia* ultrà bipollicaria.

Obs. Exemplis sicca absque floribus tantùm vidi.

4. *A. contorta*, niveo-lanata; caule erecto ramoso suffruticoso, foliis linearibus mucronulatis incurvis margine revolutis; adultioribus contortis suprâ nudiusculis, capitulis terminalibus solitariis pluribusve, involucri squamis oblongis obtusis.

Antennaria contorta. *Don in Bot. Reg. t. 605.*

Gnaphalium contortum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ♀. Floret Octobri.

Caulis decumbens v. erectus, sesqui v. bipedalis, nunc vix spithamæus, ramosus, contortus, suffruticosus (*Ham.*).

Rami elongati, simplices. *Folia* linearia, conferta, mucronulata, sessilia, patula v. incurva, basi latiori sub-amplexicaulia, utrinque niveo-lanata, vix pollicem longa; *adultiora* contorta, suprâ nudiuscula. *Flores* terminales, sessiles, glomerati. *Capitula* solitaria v. numerosa, congesto-paniculata, bracteata. *Involucra* mascula ovalia, cylindræca: *squamis* oblongis, obtusis, scariosis, argenteis nitidisque; *exterioribus* latigercis. *Flosculi masculi* ut in genere; *femineos* nondum vidi.

HELICHRYSUM.

HELICHRYSIS et GNAPHALII magna pars. *Auct.*

ASTELMA. *Brown.*

Involucrum polyphyllum, scariosum, imbricatum, coloratum, radiatum, demùm squarrosum. *Flosculi* omnes hermaphroditi, tubulosi, 5-fidi. *Antheræ* basi bisetosæ. *Stigma* exsertum, bifidum. *Pappus* uniformis, capillaris, denticulatus.

Herbæ v. Suffrutices, sæpiùs niveo-lanatæ. Folia alterna, sessilia, integerrima. Flores terminales, solitarii aut corymbosi, aurei, albi s. purpurei.

1. *H. stoloniferum*, stolonibus procumbentibus apice radican-
tibus, caule filiformi simplici subtrifloro, foliis inferioribus
spathulatis mucronulatis; superioribus oblongis, involucri
squamis ovato-lanceolatis acutis striatis radiatis.

Hab. in Gosaingsthan regione alpinâ Emodi sive Himalayæ.
Wallich. ♀.

Radix fibrosa. *Planta* cæspitosa, stolonifera, lanugine mol-
lissimâ niveâ omninò tecta. *Stolones* filiformes, graciles,
procumbentes, foliosi, 3-5-unciales, apice comâ foliorum
radicante instructi. *Caules* numerosi, adscendentes, gra-
ciles, filiformes, simplices, 3-4-unciales. *Folia* radicalia
et inferiora spathulata, integerrima, mucronulata; supe-
riora oblongo-elliptica. *Corymbus* simplex, 2-5 sæpiùs
3-florus. *Involucri squamis* omnibus ovato-lanceolatis,
acutis, argenteis, nitidis, striatis, erecto-patulis, radiatis.
Flosculi omnes hermaphroditi, tubulosi, 5-fidi. *Pappus*
niveus, capillaris, æqualis, denticulatus, flosculis longior.

2. *H. elegans*, foliis ellipticis mucronulatis, caule simplici
clongato, corymbo multifloro, squamis involucri ovato-
lanceolatis acutis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Habitus præcedentis. *Caules* pedales aut ultrâ, filiformes.
Corymbus 8-12-florus.

CONYZA.

CONYZÆ Sp. Auctor.

Involucrum cylindraceum, polyphyllum, imbricatum. *Re-
ceptaculum* convexum nudum, punctatum. *Flosculi*
fœminei simplici serie marginales limbo dilatati, obliqui
et tridentati, nunc subradiati; *disci* hermaphroditi, tubu-
losi, 5-dentati. *Antheræ* coalitæ, basi bisetosæ. *Stigma*
bipartitum. *Pappus* pilosus, serrulatus, utriusque sexûs
conformis.

Herbæ v. variùs Frutices, *ramosæ*, *hirsutæ*. Folia alterna,
sessilia, indivisa. Flores terminales, corymbosi, sæpiùs
aurei.

- Obs. Hùc *Conyza squarrosa L. thapsoides Willd. bifrons L.*
1. *C. Cappa*, foliis elliptico-oblongis acutis denticulatis subthâs
ramulisque niveo-lanatis suprâ asperè pilosis, corymbis
simplicibus pedunculosis, flosculis fœmineis disco breviori-
bus, pappo apice levitèr plumoso, acheniis pilosis.

Conyza Cappa. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* 7. Floret Julio. Cappa Swa. *Nawaricè.*

Frutex elatus, erectus (*Ham.*). *Folia* bi v. tripellicaria, ovali-oblonga, suprâ viridia et asperè pilosa, subtùs mollia ac lanâ villosâ densè tecta. *Flores* lutei. *Receptaculum* favosum. *Flosculi* centrales hermaphroditi, 5-dentati; *faminei* simplici serie marginales, breviores, limbo obliquo 3-dentato. *Antheræ* coalitæ, basi bisetosæ. *Stigma* bifidum. *Achenia* 4-angula, pilosa. *Pappus* capillaris, apice plumosus.

SOLIDAGO. *Linn. Gen.* 425. *Juss. Gen.* 181.

1. *S. nepalensis*, foliis ellipticis mucronatis sessilibus sub-serratis densè pubescentibus, racemo interrupto foliato elongato, involucri squamis linearibus obtusis pedicellisque pilosis, caule stricto simplici folioso.

Solidago Virga-aurea? *Hamilton MSS.*

Hab. ad rivulos in Nepaliæ montibus. *Hamilton.* 7.

Caulis 2-3-pedalis. *Flores* lutei, *S. Virga-aurea* duplò majores. *Radius* plurifloscularis, disco duplò longior.

ASTER.

ASTERIS et ERIGERONTIS magna pars. *Linn. et Auct.*

Involucrum hemisphæricum, polyphyllum, imbricatum. *Receptaculum* planum, nudum. *Flosculi* disci hermaphroditi, tubulosi, 5-fidi, numerosi, crebri; *radii* ligulati, fœminei, plurimi, sæpiùs contigui. *Antheræ* basi nudæ. *Pappus* capillaris, denticulatus.

Frutices v. *Herbæ* sæpiùs perennes. *Folia* alterna, indivisa. *Flores* terminales, corymbosi v. rarius paniculati, nunc solitarii, rarò aurei.

Obs. Hùc Erigeron uniflorum, alpinum, purpureum, Villarsii, bellidiflorum, philadelphicum.

1. *A. bellidioides*, foliis lanceolatis acutis sessilibus asperis denticulatis, involucri squamis linearibus mucronatis ciliatis, caule ramoso lævi, ramis elongatis unifloris patulis, radiis disco ter longioribus.

Aster bellidioides. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton.* 7.

Caulis erectus, purpureus, tripedalis. *Radius* patulus, roseus. *Discus* luteus, radio ter brevior.

2. *A. trinerviis*, foliis ellipticis lanceolatisve acuminatis sessilibus trinerviis scaberrimis, corymbo patulo foliato, involucri squamis oblongis obtusis appressis ciliatis, caule stricto ramoso scabro.

Aster trinervius. *Roxb. Hort. Beng.* p. 61.

A. asper. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Caulis suborgyalis, strictus. *Folia* utrinque pilis brevissimis setosis aspera. *Radius* albus. *Discus* luteus, radio brevior. *Pedunculi* multiflori, lanuginosi.

3. *A. imloides*, foliis ellipticis acutis dentatis integerrimisve sessilibus pilosis, involucris pilosissimis: squamis linearibus acutis, caule ramoso piloso sulcato, radiis disco ter longioribus, ramis unifloris.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀. Chilo Gyantuka *Indigenis.*

Caulis pedalis v. sesquipedalis. *Rami* simplices, elongati, uniflori. *Radius* roseus. *Discus* luteus.

4. *A. aureus*, foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus calloso-mucronatis margine integerrimis revolutis supra cauleque exasperatis subtus pilosis, pedunculis elongatis unifloris divaricato-paniculatis, involucris squamis subulatis laxis, caule tereti ramoso.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Caulis cum foliis supra aculeis minutissimis exasperatus. *Radius* aureus!

SENECIO. *Linn. Gen.* 424. *Juss. Gen.* 181.

1. *S. scandens*, caule fruticoso scandente, foliis ellipticis petiolatis acuminatis serratis glabris basi rotundatis, paniculâ divaricatâ pubescente.

Senecio scandens. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis 9-12-pedalis, crassitie pollicis (*Ham.*). *Flosculi* flavi.

2. *S. Buimalia*, foliis cordatis acuminatis petiolatis denticulatis subtus cinereo-lanatis, ramis floriferis axillaribus corymbosis, caule fruticoso ramoso volubili lanuginoso.

Senecio Buimalia. *Hamilton MSS.*

Cacalia volubilis. *Ibid.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* *Wallich.*

♀. —. Floret Novembri et Decembri. Buimali Swa *Nawaris.*

3. *S. triligulata*, foliis ellipticis acuminatis petiolatis serratis glabris basi acutis, ramis floriferis axillaribus corymbosis folio brevioribus, radio triligulato, caule erecto ramoso.

Senecio triligulata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Decembri.

Flosculi lutei.

4. *S. nudicaulis*, foliis radicalibus cuneato-obovatis crenatis

coriaceis glabris subtùs purpureis; caulinis oblongis basi pinnatifido-dentatis, pedunculis trichotomis corymbosis, glabris, involucri squamis ellipticis acutis, caule erecto subsimplici glabro.

Senecio nudicaulis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton.* ♀.

Caulis cubitalis, oligophyllus. *Radius* lutens.

Obs. *S. elongata Pursh*, cui nostra est simillima, distinguitur: foliis caulinis profundè pinnatifidis, ramis elongatis unifloris, squamis involucri linearibus.

5. *S. denudata*, caule erecto ramoso lævi, foliis inferioribus sessilibus spathulatis obtusis dentatis glabris; superioribus pinnatifidis, ramis elongatis nudiusculis, floribus corymbosis, involucri squamis ellipticis acuminatis, calyculis patulis.

Cineraria denudata. Hamilton MSS.

Hab. ad Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris. *Hamilton.* ♀. Floret Aprili.

Caulis erectus, sesquipedalis.

Obs. Antecedenti plurimis affinis.

6. *S. Jacobæa*, foliis lyrato-pinnatifidis glabris: segmentis oblongis inciso-serratis pinnatifidisve, caule erecto simplici supernè lanuginoso, squamis involucri ovato-lanceolatis acutis, radiis patulis demùm revolutis.

Senecio Jacobæa. *Linn.*

S. Musuca. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♂. Floret Novembri.

7. *S. Cappa*, foliis elliptico-oblongis acuminatis petiolatis acutè ac inæqualitèr serratis basi attenuatis subtùs cinereo-tomentosis, floribus thyrsoideis, ramis floriferis axillaribus folio duplò brevioribus, caule fruticoso. Senecio Cappa. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Novembri. Cappa Swa *Nawaricè.*

Rami sulcati, lanuginosi. *Involucra* lanata, oblonga: *squamis* lanceolatis acutis. *Radii* pauci, aurei, disco vix longiores.

CACALIA. *Linn. Gen.* 412. *Juss. Gen.* 178.

1. *C. Cusimbua*, foliis lanceolatis dentato-serratis mucronatis basi attenuatis amplexicaulibus, subtùs pubescentibus, floribus corymbosis, calyculo polyphylo: foliolis filiformibus patulis, caule erecto fruticoso lævi.

Cacalia Cusimbium. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀. Cusimbu Swa *Nawaris.*
Planta 6-pedalis, basi lignosa. *Ham.*

2. *C. sonchifolia*, glauca, glabra; foliis radicalibus subtundis petiolatis; caulinis inferioribus sessilibus lyratis; supremis indivisis basi sagittatis, pedunculis capillaribus unifloris, involucris teretibus lævibus basi nudis.

Cacalia sonchifolia, Linn.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. ☉.

HELIANTHÆ.

BIDENS. Linn.

COREOPSIS Sp. Compl. Auct.

Involucrum polyphyllum: *foliis* duplici serie dispositis; *exterioribus* sæpiùs longioribus, difformibus et patentibus. *Receptaculum* planum, paleaceum. *Flosculi disci* tubulosi, hermaphroditi; *radii* ligulati, neutri, rariùs nulli. *Achenia* 4-angulari-compressa, bi aut quinque aristata: *aristis* persistentibus, retrorsùm hamosis.

Herbæ ramis foliisque oppositis, integris, incisiss, aut variè partitis. Flores *terminales, solitarii aut corymbosi.* Radio *sæpissimè flavo rariùs albo.* Kunth in Nov. Gen. et Sp. Pl. 4. p. 230.

1. *B. repens*, glabra, foliis pinnatifidis ternatisve: foliolis lanceolatis serratis obtusiusculis, involucri foliolis apice rotundatis, radice repente.

Bidens frondosa Linn.? *Hamilton MSS.*

B. tripartita. *Roxb. Hort. Beng.* p. 60.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. ♀.

Radix repens (Ham.). *Caulis* angulosus, bipedalis. *Pedunculi* axillares, oppositi, uniflori.

Obs. In *B. frondosa* Linn. foliola acuminata ac involucri foliola lanceolata acuta.

MEYERA. Schreb. Brown.

CÆSULIA. Roxb. Corom. SOBREYRA. Ruiz. et Pavon.

CRYPHIOSPERMUM. Beauv.

Involucrum oligophyllum, subimbricatum. *Receptaculum* conicum, paleaceum. *Flosculi disci* tubulosi, hermaphroditi; *radii* ligulati, fœminei; *ligula* brevissima. *Achenia* apice calva, paleis coriaceis receptaculi involuta et arcè imbricata.

Herbæ aquatiles, sæpiùs repentes. Folia *opposita, integra.* Flores *terminales, alares et axillares.* Kunth in Nov. Gen. et Sp. Pl. 4. p. 269.

1. *M. orientalis*, foliis alternis lanceolatis acutis denticulatis glabris basi attenuatis, floribus axillaribus discoideis, ramis adscendentibus.

Cæsulia axillaris. *Roxb. l. c. 1. p. 64. t. 93. Willd. Sp.*

Pl. 3. p. 1796. And. Rep. t. 431.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton. ♀.

Herba habitu et odore Bidentis. Folia simplicia, alterna, 3-pollicaria. Flores albi.

ADENOSTEMMA: *Forst. Gen. p. 90. t. 45. Juss. Gen. 184.*

LAVENIA. *Soland. Swartz.*

1. *A. aquaticum*, foliis cordatis serratis acutis cauleque glabris.

Ethulia aquatica. Roxb. MSS.

Hab. in Nepaliâ inundatis. Hamilton. ☉.

2. *A. elatum*, foliis ovato-oblongis obtusis serratis utrinque glabris basi acutis, caule erecto simplici tetragono lævi paucifloro.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ☉.

Caulis erectus, tripedalis, purpureus.

3. *A. latifolium*, foliis latè ovatis acutis grossè serratis basi attenuatis utrinque cauleque ramoso pilosiusculis.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ☉.

Caulis pedalis, tetragonus.

ANTHEMIDEÆ. *Cass.*

TANACETUM. *Linn. Gen. 417. Juss. Gen. 184.*

1. *T. purpureum*, foliis interruptè bipinnatis glanduloso-pubescentibus: segmentis inciso-serratis, caule erecto ramoso villosa, corymbis compositis.

Tanacetum purpureum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton. ☉.

Caulis erectus, pedalis v. cubitalis. Flosculi purpurei, glandulosi; masculi, 5-dentati; marginales numerosi, fœminei, minimi, limbo obliquo tridentato. Pappus nullus.

ARTEMISIA. *Linn. Gen. 418. Juss. Gen. 184.*

* *Receptaculo nudo.*

1. *A. parviflora*, lanuginosa; foliis inferioribus trifidis; superioribus linearibus acutis integerrimis, floribus globosis pedicellatis cernuis, paniculâ terminali pyramidatâ, caule erecto simplici.

Artemisia parviflora. Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 61.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. ☉. Florct Septembri.

Caulis erectus, simplex, cubitalis.

* * *Receptaculo villoso.*

2. *A. mollissima*, niveo-lanata; caule erecto simplici, foliis subtripinnatis: foliolis lineari-lanceolatis mucronatis planis integerrimis, floribus axillaribus sessilibus lanatis, squamis involucri linearibus mucronatis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. ♀. Soophatee Koongee *Indigenis*.

Planta omninò niveo-lanata. *Caules* erecti, angulati, simplices, spithamæi. *Folia* bipollicaria, patula, elegantèr subtripinnata.

3. *A. leptophylla*, sericea; foliis bipinnatis: foliolis lineari-subulatis acutis rarò divisis, caule adscendente simplici folioso.

Artemisia Abrotanum. *Wallich in Litt.*

Hab. in Gosaingsthan regione alpina jugi Himalayæ.

Wallich. ♀. Dhooa Swa *Nawaris*.

Obs. *A. ponticæ* valdè affinis. *Flores* ignoti.

ETHULIA. *Linn. Gen.* 413. *Juss. Gen.* 184.

1. *E. integrifolia*, caule erecto ramoso villoso, foliis infernè angustatis basi cordatis amplexicaulibus: laminis ovalibus crenatis.

Cotula integrifolia. *Hamilton MSS.*

C. sinapifolia. *Roxb. Hort. Beng. p.* 62.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. ☉.

UMBELLIFERÆ. *Linn. Juss.*

BUPLEURUM. *Linn. Gen.* 129. *Juss. Gen.* 224.

1. *B. tenue*, caule ramoso filiformi erecto, foliis inferioribus linearibus mucronatis quinquenerviis; supremis et rameis lanceolatis, umbellis subquadrifidis, involuelli foliolis ellipticis mucronatis achenia subæquantibus.

Bupleurum tenue. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhety Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*

☉. Floret Septembri.

Caulis erectus, ramosus, gracilis, filiformis, sesqui v. bipedalis.

Obs. Facie *B. tenuissimi* *Linn.* quod discriminatum est: umbellis sub-6 fidis, involuelli foliolis lanceolatis longè aristatis achenia excedentibus.

HYDROCOTYLE. *Linn. Gen.* 127. *Juss. Gen.* 226.

1. *H. hispida*, foliis reniformi-cordatis sub-7-lobis crenatis-

que utrinque pilosis asperis, capitulis globosis, pedunculis elongatis petiolisque hirsutissimis, acheniis reticulatis.

Hydrocotyle hispida. *Hamilton MSS.*

H. nepalensis. *Hook. Ex. Fl. t. 30.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich. ♀.*

Caulis reptans, pilosus. *Folia* pollicem v. sesquipollicem lata. *Petioli* sæpè tripollicares.

2. *H. tenella*, foliis reniformibus sub-7-lobis crenatisque glaberrimis nitidis, capitulis lateralibus sessilibus paucifloris, caulibus cæspitosis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. ♀.*

Herba tenella, cæspitosa, reptans.

Obs. *H. nitidulæ clariss. A. Richardi* affinis videtur; tamen in illâ folia sunt altiùs lobata, petioli multò longiores, capitula pedunculata.

SANICULA. *Linn. Gen. 128. Juss. Gen. 225.*

1. *S. elata*, foliis ternatis tripartitisve glabris: foliolis latè ovatis acutis lobatis serratisque basi cuneatis, flosculis polygamis; masculis pedicellatis, umbellis trifidis.

Sanicula elata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. ♀.* Floret Novembri.

Caulis sesqui v. bipedalis, erectus, simplex.

2. *S. hermaphrodita*, foliis ternatis glabris: foliolis ovatis utrinque acutis lobatis serratisque, umbellis trifidis sub-5-floris, flosculis omnibus hermaphroditis sessilibus.

Sanicula hermaphrodita. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suambu in Nepaliâ superiore. *Hamilton. ♀.* Floret Julio.

Caulis erectus, ramosus, gracilis, flexuosus, spithamæus aut ultrà.

CAUCALIS. *Linn. Gen. 130. Juss. Gen. 224.*

1. *C. Anthriscus*, involucreo tetraphyllo, acheniis ovatis setis incurvis tectis, foliis decompositis; foliolo extimo linearilanceolato majore, caule erecto.

Caucalis Anthriscus. *Smith Fl. Brit. 1. p. 298.*

Scandix Anthriscus. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Wallich.*

Obs. In *C. infestâ* involucreum monophyllum, achenia setis rectis tecta, caulis diffusus. In utraque caules pilis retro-pressis, foliaque ac umbellæ radii pilis rectis.

2. *C. elata*, hispida; involucreo polyphyllo, acheniis ovatis setis rectis hispidis, foliis supradecompositis: foliolis lanceolatis altè pinnatifidis; extimis elongatis, caule erecto ramoso.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. ☉.*

Radix fibrosa. *Caulis* erectus, ramosus, teres, striatus, 3-pedalis, nunc sæpiùs ultrà, flexuosus, geniculatus, pilis retropressis tectus. *Folia* remota, longè petiolata, utrinque pilis rectis hispida; *inferiora* tripinnata; *superiora* bipinnata. *Umbella* 8-10-radiata. *Involucrum* 6-8-phyllum: *foliis* lineari-subulatis radios subæquantibus. *Involucellum* 8-10-phyllum, multiflosculosum: *foliis* subulatis, flosculos excedentibus. *Flosculi* albi, minuti. *Petala* obovata; *exteriora* majora, radiata. *Achenia* ovata, setis rectis hispidissima.

SISON. *Linn. Gen.* 139. *Juss. Gen.* 221.

1. *S. trinerve*, foliis radicalibus pinnatis: foliolis lanceolatis acutis integerrimis trinerviis glabris, involucre pentaphyllo, involucellis lanceolatis aristatis, caule erecto tereti undiusculo.

Sison trinerve. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Bassaria pagum Nepaliæ. *Hamilton*. ♀. Floret Martio.

Caulis pedalis, dichotomus, teres, striatus.

PIMPINELLA. *Linn. Gen.* 145. *Juss. Gen.* 219.

1. *P. anethifolia*, pubescens; foliis brevibus subquadripinnatis: segmentis lineari-subulatis canaliculatis, involucre involucellisque polyphyllis linearibus, acheniis subrotundis pubescentibus, caule erecto tereti striato.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ☉. Floret Augusto.

Caulis pedalis. *Folia* tenuissimè divisa. *Flores* albi. *Petala* obcordata, inflexa.

A'GHAMANTA. *Linn. Gen.* 133. *Juss. Gen.* 223.

1. *A. depressa*, foliis bipinnatis pubescentibus: foliolis multipartitis tenuissimis: laciniis linearibus mucronatis, scapis filiformibus assurgentibus velutinis folia superantibus, umbellis simplicibus compositisve, involucre subpentaphyllo pinnatifido.

Hab. in regione alpinâ Gosaingsthan dictâ, in jugo Emodi. *Wallich*. ♀.

Planta cæspitosa. *Radix* longa, simplex, fusiformis, palmaris, digitum crassa, supernè rudimentis fibrosis foliorum emarcidorum densè vestitæ. *Scapi* numerosi, tripollicares.

2. *A. gigantea*, foliis supra-decompositis: foliolis ovatis aristatis inciso-serratis glabris, involucre polyphylo, petalis bipartitis, acheniis ovatis pubescentibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ♀.

Radix simplex, fusiformis, supra rudimentis fibrosis foliorum tecta. Caulis erectus, teres, sulcatus, 3-4-pedalis, crassitie pollicis, ramosus. Folia supradecomposita, patentia, tenuitè secta: foliola ovata, inciso-serrata, aristata, glabra. Petioli et rachis subtùs pubescentes. Umbella terminalis, multiradiata. Petala alba, bipartita, margine inflexa.

3. *A. teres*, foliis bipinnatis glabris: foliolis pinnatifidis: segmentis linearibus acutis exaratis, involucri pentaphyllo brevi, involucellis polyphyllis radios æquantibus, caule stricto tereti lævi.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caulis bipedalis, strictus, simplex.

LIGUSTICUM. *Linn. Gen.* 137. *Juss. Gen.* 222.

1. *L. nepalense*, foliis septenato-pinnatis; foliolis ovatis acutis inciso-serratis nervosis basi cuneatis; infimis tripartitis, involucellis polyphyllis radiis duplò brevioribus, caule erecto simplici.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀.

Caulis semipedalis, teres, striatus, glaber, crassitie pennæ corvinæ, erectus, simplicissimus. *Umbella* terminalis, solitaria, multiradiata. *Calyx* 5-dentatus. *Petala* ovali-oblonga, apice cuspidata ac involuta.

HERACLEUM. *Linn. Gen.* 137. *Juss. Gen.* 222.

1. *H. nepalense*, foliolis quinis mollitè pubescentibus acutè serratis; imis cum terminali altè lobatis longèque stipitatis; intermediis subsessilibus simplicibus, lobis ovali-oblongis apice rotundatis, geniculis barbatis, flosculis uniformibus.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Caulis erectus, ramosus, hirsutus, 3-4-pedalis, profundè sulcatus, ad geniculos lanâ albâ villosâ barbatus. *Petioli communis* striatus, villosus, caulem vaginans. *Umbella radii* plurimi, inæquales, patuli. *Involucrum* 4-5-phyllum: foliolis brevibus, simplicibus. *Flosculi* uniformes, parvi, flavescens. *Petala* inflexa.

SELINUM. *Linn. Gen.* 133. *Juss. Gen.* 223.

1. *S. stellatum*, foliis pinnatis: foliolis ovatis mucronatis trilobis inciso-dentatisque glabris, involucri subdiphyllò, radiis umbellæ pubescentibus, involucellis maximis coloratis, acheniis glabris.

Astrantiæ Sp. *Wall. in Litt.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* ♀.

- *Caulis* erectus, ramosus. *Involucrum* 2-3-phyllum: foliolis

latis, membranaceis, apice pinnatifidis radiis umbellæ æqualibus. *Involucella* polyphylla, maxima, colorata: *foliis* elliptico-oblongis, mucronatis, membranaceis, umbellulæ radiis plurimum longioribus.

ARALIACEÆ. *Juss.*

Calyx limbo integer v. dentatus. *Petala* 5-10, denticulis calycinis alterna, in æstivatione valvata. *Stamina* 5-15, petalis alterna, disco magno plano epigyno inserta. *Antheræ* biloculares, peltatæ. *Ovarium* inferum: *ovulis* solitariis. *Styli* plures, nunc distincti, nunc in unum coaliti, rarius nulli. *Stigmata* totidem. *Bacca* sæpius 5-nunc 2-15-ocularis, margine elevato nunc dentato coronata: *loculis* numero stylorum, monospermis. *Semina* angulata, crecta: *testa exterior* crustacea; *interior* membranacea. *Embryo* inversus, albumine carnosio copioso circumpositus: *radicula* superior, cotyledonibus duplo longior.

Arbores v. Frutices (*nunc sarmentosi, subparasitici*), raro herbæ. *Folia* alterna, exstipulata, simplicia v. pinnata, aut digitata. *Petioles* longi, basi semper dilatata ac incrassata. *Flores* terminales v. axillares, umbellati, aut racemoso-umbellati, raro simpliciter spicati, sæpè involucrati.

Obs. 1. Ordo, qui licet maximè umbelliferis affinis, facile dignoscendus stylis pluribus (raro 2), fructu baccato sæpius pluriloculari, seminibus testâ crustaceâ, albumine carnosio, embryone ferè albuminis longitudine.

Obs. 2. A Vitagineis (*Vites Juss.*), quibus etiamque affinis, discrepat: staminibus petalis alternis, foliis exstipulatis, inflorescentiâ nunquam oppositifoliâ.

Caprifoliacæe mediantibus Sambuco et Corno plurimum concordant Araliaceis; sed in illis corolla monopetala, et folia opposita.

HEDERA.

HEDERA et ARALIÆ Sp. ferè omnes. *Auctor.*

Sciodophyllum. *Browne.*

Actinophyllum. *Ruiz et Pavon.*

Gastonia. *Juss.*

Calyx margo elevatus, integer v. dentatus. *Petala* 5-10. *Stamina* 5-15. *Styli* totidem, sæpius coaliti. *Bacca* 5-15-ocularis.

Arbores v. Frutices (*nunc radicales subparasitici*). *Folia* simplicia v. sæpius digitata. *Flores* umbellati v. spicati.

Obs. Fortè hùc referenda etiam *Polyscias Forst.* ut genus diversum vix admittat. Nomen *Araliæ* speciebus boreali-americanis adscribendum, quibus styli distincti patuli, bacca 3-5-coeca, 3-5-ocularis.

* *Foliis simplicibus.*

1. *H. Helix*, foliis 5-lobis subpeltatis coriaceis glabris nitidis; vetustis ellipticis acutis, umbellis simplicibus pubescentibus, caule radicante sarmentoso.

Hedera Helix. Linn.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* h. Flore Septembri.

Obs. Japoniæ etiam indigena est.

2. *H. Hainla*, foliis cordatis 5-lobis dentatis coriaceis glabris umbellis globosis tomentosis racemoso-paniculatis, caule arboreo aculeato.

Hedera? *Hainla.* *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* h. Flore. Febuario.

* * *Foliis compositis.*

3. *H. fragrans*, foliis ternatis: foliolis ovatis acuminatis membranaceis setaceo-serratis glabris subtùs glaucis; medio longè stipitato, umbellis compositis multi-radiatis glabris.

Panax fragrans. *Roxb. Hort. Beng. p. 21.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h.

4. *H. elata*, foliis digitatis: foliolis radiatis septenis stipitatis elliptico-oblongis acuminatis coriaceis integerrimis glabris subtùs glaucis basi rotundatis, umbellulis glabris racemoso-paniculatis, caule arboreo inermi.

Hedera elata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaleusium. *Hamilton.* h. Flore. Novembri. *Cailushi Nawaricè.*

5. *H. tomentosa*, foliis digitatis: foliolis septenis stipitatis lanceolatis acuminatis coriaceis integerrimis subtùs densè tomentosis basi acutis, umbellulis tomentosis racemosis, caule arboreo inermi.

Hedera tomentosa. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* h.

6. *H. aculeata*, foliis digitatis: foliolis septenis radiatis elliptico-oblongis acuminatis serratis subtùs puberulis basi acutis, umbellulis tomentosis racemosis, caule arboreo aculeato.

Hedera? *aculeata.* *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* h. Flore. Octobri.

Arbor elata, crassa.

7. *H. parasitica*, foliis pinnatis: foliolis quinis ellipticis acutis integerrimis subsessilibus coriaceis glabris subtùs glaucis, umbellis glabris racemosis, caule radicante subparasitico.

Aralia parasitica. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Novembri.

VITIGINEÆ.

VITES. *Juss.*

VITIS. *Thunb. Brown.*

VITIS et CISSUS. *Linm. Juss.*

* *Foliis compositis.*

1. *V. capriolata*, foliolis quinis ellipticis acuminatis setaceo-dentatis coriaceis subtùs pubescentibus, umbellis axillaribus 4-radiatis folio brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀ ☺.

Obs. Facie *V. hederaceæ*; sed duplò minor, floribus axillaribus umbellatis.

* * *Foliis simplicibus.*

2. *V. Purani*, foliis cordatis dentato-serratis acuminatis coriaceis subtùs petiolisque villosis rariùs trilobis, thyrsis oppositifoliis spicatis brevibus.

Vitis Purani. Hamilton MSS.

Hab. ad oppidum Thankot Nepaliæ. *Hamilton.* ♀ ☺. Floret Aprili.

Frutex gracilis. Folia parva.

3. *V. latifolia*, foliis cordatis trilobis dentatis acuminatis utrinque glabris.

Cissus latifolia. Roxb. Hort. Beng. p. 11?

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀ ☺.

RHAMNEACEÆ. *Brown.*

ILEX. *Linm. Gen. 67. Juss. Gen. 379.*

* *Floribus tetrandris.*

1. *J. dipyrena*, foliis elliptico-oblongis mucronatis integerrimis v. spinoso-dentatis, floribus axillaribus sessilibus aggregatis, baccis dispermis, seminibus profundè sulcatis.

Ilex dipyrena. Wall. in Roxb. Fl. Ind. 1. p. 473.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton, Wallich. h.

2. *I. elliptica*, foliis ellipticis integerrimis utrinque acutis, umbellis globosis pedunculatis solitariis puberulis petiolo brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

3. *I. odorata*, foliis ovali-oblongis obtusè acuminatis crenulatis petiolatis, umbellis sessilibus glomeratis petiolum æquantibus.

Ilex odorata. Hamilton MSS.

Hab. in vicinitate Chitlong oppidi Lahuri s. Nepaliæ minoris.

Hamilton. h. Floret Aprili.

* * *Floribus pentandris.*

4. *I. rotunda*, foliis latè ovalibus acuminatis integerrimis, umbellis pubescentibus solitariis pedunculosis petiolo longioribus.

Ilex rotunda. Thunb. Jap. p. 77.

I. Saysia. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. Hamilton. h.

Floret Maio. Saysi Swa Nawaris.

HOVENIA. Thunb. Diss. 1. p. 7. Jap. 101. Juss.
Gen. 381.

1. *H. dulcis.* Thunb. l. c.

Hab. in Nepaliâ superiore, ubi in hortis colitur. Hamilton.

h. Floret Aprili. Moro Cowshi Nawaricè.

PALIURUS. Juss. Gen. 380.

1. *P. virgatus*, ramulis glabris, foliis obliquè cordatis ellipticisve acutis trinerviis lucidis, fructûs alâ integerrimâ, caule erecto.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

Frutex orgyalis, erectus, ramosissimus. *Aculei* gemini; longior erectus, subulatus, semiuncialis; altero duplò triplove brevior falcato. *Rami* horizontalitèr patentes. *Ramuli* cernui. *Cymæ* dichotomæ, 9-18-floræ. *Flores* parvi, luteo-virides. *Styli* 3, brevissimi, persistentes. *Fructus* globosi, alâ latâ foliaceâ integerrimâ cincti, basi calyce persistente subcarneo instructi.

ZIZYPHUS. Juss. Gen. 380.

1. *Z. incurva*, foliis ovalibus obtusè acuminatis crenulatis 5-nerviis basi obliquis, petiolis nervisque pubescentibus, aculeis solitariis geminisve altero incurvo, cymis bifidis pedunculosis, floribus semidigynis.

Zizyphus incurva. Roxb. *Fl. Ind.* 2. p. 364.

Z. paniculata. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. Hamilton. ♀. Floret Maio.

2. *Z. Oenoplia*, foliis ovatis acutis trinerviis subtus ramulisque rufo-tomentosis, aculeis solitariis deflexis, pedicellis axillaribus aggregatis.

Zizyphus Oenoplia. Linn.

Hab. in Syllhet Bengalæ orientalis. Smith. ♀.

Drupa subrotunda, nigra, magnitudine *Cratægi oxycantha*.

RHAMNUS. Juss. Gen. 380.

RHAMNI Sp. Linn.

1. *R. trigynus*, spinosus; foliis suboppositis ovatis acuminatis glabris lucidis serrulatis basi retusis, spicis interruptis sæpius terminalibus paniculatis, petiolis ramulisque pubescentibus.

Rhamnus trigynus et terminalis. Hamilton MSS.

Zizyphus hamosa et oppositifolia. Wall. in Roxb. *Fl. Ind.* 2. pp. 369. et 370.

Hab. in Nepaliâ, ad Narainhetty (Hamilton), in sylvis montosis Chundrugiri et Gokurna. Wallich. ♀. Floret Augusto et Septembri.

2. *R. virgatus*, spinosus; foliis ellipticis obtusè acuminatis membranaceis glabris crenulatis basi attenuatis, pedicellis in basi ramulorum numerosis unifloris geminis ternisve, floribus quadrifidis semitrigynis.

Rhamnus virgatus. Roxb. *Fl. Ind.* 2. p. 351.

R. catharticus Linn.? Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. Hamilton. ♀. Floret Aprili.

Flores serè apetalis, sæpius 4-fidi. *Stigma* bifidum v. trifidum: laciniis recurvatis. *Spinae* rectæ, terminales.

CELASTRINÆ. Brown.

CELASTRUS. Linn. Gen. 107. Juss. Gen. 378.

1. *C. alnifolius*, inermis; foliis ellipticis acuminatis serratis nervosis utrinque opacis glabris basi obtusis, pedunculis axillaribus subsolitariis unifloris.

Hab. in Sirinagur. Kanroop. ♀.

2. *C. microcarpus*, inermis; foliis ovatis crenatis utrinque ramulisque pubescentibus basi acutis, pedunculis axillaribus subsolitariis unifloris.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

EUONYMUS. *Linn. Gen.* 107. *Juss. Gen.* 377.

1. *E. micranthus*, foliis ellipticis serrulatis glabris acuminatis lucidis, pedunculis trifidis multifloris foliis duplò brevioribus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

2. *E. lacerus*, foliis obovatis ellipticis-ve serrulatis glabris, pedunculis axillaribus trichotomis folio longioribus.

Euonymus lacerus. *Hamilton MSS.*

E. garcinifolius. *Roxb. Hort. Beng. p.* 18?

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Maio.

3. *E. lucidus*, foliis lanceolatis acuminatis argutè serratis glabris nitidis basi acutis, umbellis lateralibus oppositis pedunculosis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

RANUNCULACEÆ. *Juss.*

CLEMATIS. *Linn. Gen.* 280. *Juss. Gen.* 232.

1. *C. grewiæflora*, foliis ternatis quinatisve; foliolis cordatis serratis integris trilobisve suprà villosis subtùs ramulisque tomentosis, pedunculis trifidis foliis brevioribus, perianthiis velutino-tomentosis.

Clematis grewiæflora. *Decand. Syst.* 1. p. 140. *Prod.* 1. p. 4.

C. Vitalba? *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀ ☞. Floret Novembri.

2. *C. Buchanani*, foliis ternatis: foliolis cordatis acutis dentatis subtùs ramulisque cinereo-tomentosis, pedunculis plurifloris folio brevioribus, perianthiis cylindraccis tomentosis.

Clematis Buchaniana. *Decand. Syst.* 1. p. 140. *Prod.* 1. p. 4.

C. Bucamara. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀ ☞. Floret Octobri.

3. *C. lasifolia*, foliis ternatis quinatisve nunc simplicibus:

foliis cordatis acuminatis 3-5-lobis grossè serratis utrinque cauleque velutino-lanatis, pedunculis paucifloris trifidis folio ter brevioribus, perianthiis campanulatis lanosis limbo revolutis.

Clematis loasæfolia. *Decand. Syst.* 1. p. 140. *Prod.* 1. p. 4.

C. Bucamara var. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich.* ♀ ☞. Floret Octobri.

4. *C. acuminata*, foliis ternatis: foliis ovato-lanceolatis acuminatis subserratis glabris subquinenerviis, pedunculis trichotomis trifloris folio vix brevioribus, perianthiis campanulatis pilosiusculis.

Clematis acuminata. *Decand. Syst.* 1. p. 148. *Prod.* 1. p. 6.

C. connata. *Ibid.* p. 4?

C. trinervis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀ ☞. Floret Decembri.

5. *C. montana*, pedunculis pluribus unifloris folio longioribus infra apicem articulatis involucriisque, foliis ternatis trifidis-ve glabris: foliis lanceolatis acutis incisus uninerviis, perianthiis oblongis cinereo-tomentosis.

Clematis montana var.? *Hamilton MSS.*

C. nepalensis. *Decand. l. c.* p. 164. *Prod.* 1. p. 9.

Hab. in Nepaliâ alpiibus. *Hamilton. Wallich.* ♀ ☞.

6. *C. anemoniflora*, pedunculis pluribus unifloris nudis simplicibus folio longioribus, foliis ternatis: foliis cuneato-ellipticis mucronatis inciso-dentatis villosis, perianthiis patulis: foliolis ovalibus membranaceis.

Clematis montana. *Ham. MSS. Decand. l. c.* p. 164. *Prod.* 1. p. 9.

Hab. in vicinitate Chitlong Nepaliâ minoris. *Hamilton.* ♀ ☞. Floret Aprili.

Flores patuli, albi, ferè *Anemonis sylvestris.*

THALICTRUM. *Linn. Gen.* 280. *Juss. Gen.* 232.

• *Foliis supradecompositis.*

1. *T. foliolosum*, caule tereti ramoso lævi, foliis 4-pinnatis: foliolis subternatis rotundatis cordatisve trilobis membranaceis glabris, petiolis tripartitis, floribus hermaphroditis stamineis corymboso-paniculatis cernuis.

Thalictrum foliolosum. *Decand. Syst.* 1. p. 175. *Prod.* 1. p. 12.

T. Dalingo. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembu Nepaliâ superioris. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Maio.

Caulis sesquipedalis. *Folia inferiora* ferè pedalia, tenuissimè divisa: *foliolis* parvis, lætè viridibus, subtùs pallidis.

* * *Foliis simplicibus.*

2. *T. rotundifolium*, foliis reniformi-rotundatis petiolatis radiato-nervosis pubescentibus peltatis margine repandocrenatis sublobatisve, caule ramoso tereti, floribus petaloideis corymbosis.

Thalictrum rotundifolium. *Decand. l. c. p.* 185. *Prod.* 1. p. 15.

T. Batula. *Hamilton MSS.*

T. alchemillifolium. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepalià superiore. *Hamilton, Wallich.* ♀.

Radix fibrosa. *Caules* erecti, spithamæi v. pedales, oligophylli. *Folia radicalia* numerosa, petiolata, 2-4-pollicaria; *caulina suprema* multò minora, ovalia, triloba v. indivisa. *Flores* albi, *T. tuberosi*, hermaphroditi.

ANEMONE. *Linn. Gen.* 279. *Juss. Gen.* 232.

1. *A. vitifolia*, foliis amplis cordatis 5-lobis subtùs cauleque niveo-lanatis: lobis latè ovatis acutis incisive crenatisque, involucris involucellisque triphyllis petiolatis trifidis foliis consimilibus, perianthio 8-phylo: foliolis subrotundo-ovalibus acheniisque villosis.

Anemone vitifolia. *Ham. MSS. Decand. Syst.* 1. p. 211. *Prod.* 1. p. 21.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Caulis erectus, bipedalis, undique lanatus, bis trichotomus, crassitie calami scriptorii. *Folia* maxima, spithamæa, 5-6 pollices lata, cordata, 5-loba: lobis latissimis, ovatis, acutis, inciso-lobatis crenatisque, suprà viridibus, nudiusculis, venosis, subtùs lanà nivèa densè tectis. *Involucris* et *involucelli foliola* cordata, trifida, foliis radicalibus omninò similia. *Pedunculi* solitarii v. terni, elongati, uniflori, filiformes. *Perianthii foliola* 8, subrotundo-ovalia, lactea, extùs sericeo-villosissima. *Achenia* parva, villosa, in capitulum globosum collocata.

2. *A. rivularis*, foliis tripartitis petiolisque villosis: segmentis cuneatis trilobisve inciso-dentatis, involucris diphyllis sessilibus tripartitis: segmentis lanceolatis acutis serratis, perianthio 5-phylo: foliolis ovalibus nudiusculis, acheniis glabris apice revolutis.

Anemone rivularis. *Ham. MSS. Decand. Syst.* 1. p. 211. *Prod.* 1. p. 21.

Hab. prope Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Aprili.

Caulis pedalis, nunc sesqui v. bipedalis, filiformis, erectus, villosus. *Folia* longè petiolata, tripartita, utrinque villosa: *segmentis* cuneatis, trilobis: *lobis* cuneatis, inciso-dentatis. *Petioli* sæpè spithamæi, villosi. *Involuceri foliola* 2, sessilia, tripartita: *segmentis* lanceolatis, acutis, serratis pinnatifidisve. *Pedunculi* terni, nunc solitarii, terminales, villosi, sæpiùs simplices uniflori, nudi v. involucello diphylo instructi. *Perianthii foliola* subrotundo-ovalia, alba, extùs nudiuscula. *Achenia* glabra, apice rostrata, revoluta.

3. *A. elongata*, foliis tripartitis petiolisque nudiusculis: *segmentis* cuneatis inciso-lobatis dentatisve, involucris diphyllis trilobis inciso-dentatisque basi connatis, pedunculis ternis simplicibus trifidisve pilosis, perianthio 5-phylo: foliolis ovalibus, acheniis rostratis glabris.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* 4.

Caulis pedalis, foliis 4-plò longior, glaber. *Flores* lactei.

Obs. Præcedente gracilior et lævior, floribus minoribus.

4. *A. obtusiloba*, foliis trilobis cordatis petiolisque villosissimis: *segmentis* late cuneatis inciso-crenatis, involucris triphyllis trifidis: *lobis* lineari-oblongis apice rotundatis dentatis, perianthii foliolis 5 obovatis, acheniis rostratis pilosis.

Hab. in Gosaingsthan Nepaliæ. *Wallich.* 4.

Caulis erectus, villosus, pedalis, foliis duplò longior. *Folia* longè petiolata, cordata, trifida, villosissima: *segmentis* latissimis, cuneatis, trilobis, inciso-crenatis, obtusissimis. *Pedunculi* 2-3, terminales, uniflori, villosi, nudi v. bracteis 2 simplicibus membranaceis instructi. *Flores* magnitudine *A. dichotomæ*, lactei.

5. *A. polyanthes*, foliis longè petiolatis cordatis tripartitis villosissimis: *segmentis* late cuneatis trilobis inciso-dentatisque, involucris triphyllis tripartitis: *segmentis* trifidis pinnatifidisve, pedunculis umbellatis simplicibus, foliolis perianthii 5 obovatis acheniisque glabris.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 4.

Radix grumosa. *Folia* radicalia numerosa, tripartita, utrinque villosissima: *segmentis* latissimis, cuneatis, trilobis et inciso-dentatis. *Petioli* 4-unciales v. spithamæi, basi valdè dilatati. *Pedunculi* terminales, plures (5-6), umbellati.

Obs. *A. narcissifloræ* affinis.

RANUNCULUS. *Lim. Gen.* 233. *Juss. Gen.* 281.

1. *R. trilobatus*, foliis ternatis: foliolis cuneato-oblongis lobatis inciso-serratisque villosis; floralibus tripartitis integris, acheniis ovatis rostratis, receptaculo piloso, caule erecto ramoso.

Ranunculus napaulensis. *Decand. Prod.* 1. p. 39.

R. ternatus Thunb.? *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton*. ♀. *Painla Parbuticè.*

Radix fibrosa. *Calyx* reflexus. *Petala* oblonga, aurea.

2. *R. diffusus*, foliis cordatis tripartitis villosis: segmentis subrotundo-ovatis inciso-dentatis, pedunculis solitariis oppositifoliis, foliolis calycinis appressis villosis, acheniis ovalibus rostratis impressè punctatis, caule reptante.

Ranunculus diffusus. *Decand. Prod.* 1. p. 38.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich*. ♀.

3. *R. sceleratus.* *Linn.*

Hab. in Nepaliæ inundatis. *Hamilton*. ☉.

CALTHA. *Linn. Gen.* 283. *Juss. Gen.* 234.

1. *C. himalensis*, caule assurgente dichotomo, ramis bifloris, foliis sagittato-cordatis longè petiolatis crenatis sinu baseos dilatatis: posticibus dentatis subtruncatis, perianthii foliolis 6 ovalibus.

Hab. in irriguis alpis Gosaingsthan dicti. *Wallich*. ♀. Floret Augusto.

Radix fibrosa. *Caules* adscendentes, palmares pedalesve. *Flores* intense lutei, ferè *C. pulustris.* *Capsulæ* ellipticæ, glabræ, longè rostratæ.

TROLLIUS. *Linn. Gen.* 282. *Juss. Gen.* 233.

1. *T. pumilus*, foliolis calycinis subrotundo-ovalibus, petalis 12 lineari-lingulatis obtusis staminibus duplò brevioribus, foliis radicalibus 5-partitis laciniatisque, caule pedunculoso unifloro.

Hab. in Gosaingsthan regione alpinâ Nepaliæ propria. *Wallich*. ♀. Floret Augusto.

Radix fibrosa, cæspitosa. *Caulis* subnudus, pedunculatus, erectus, glaber, 3-6-pollicaris, uniflorus. *Folia* petiolata, 5-partita: *segmentis* laciniato-pinnatifidis: lobis lanceolatis, integris acutè tridentatisve, coriaceis, glabris, nitidis. *Flos* magnus, aurantiacus. *Calycis foliola* subrotundo-ovalia, patula. *Petala* 12, lineari-lingulata, plana, apice rotundata, integerrima, staminibus duplò breviora.

Obs. in *T. Americano*, cui proximus, segmenta foliorum plurimùm latiora, breviora, ac magis cuneata, caulis altior foliis instructus, foliola calycina elliptica lutea, petala longiora apice retusa.

DELPHINIUM. *Linn. Gen.* 274. *Juss. Gen.* 234.

1. *D. Carela*, foliis 5-lobo-palmatis: segmentis cuneatis inciso-lobatis hirsutis, petiolis elongatis basi simplicibus, bracteolis calycibusque pilosis, calcaribus curvatis obtusis pedicellorum longitudine, capsulis glabris.

Delphinium Carcla. *Hamilton MSS.*

D. scabriflorum. *Don in Mem. Wern. Soc.* 3. p. 412.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton. Wallich.* ♀.
Floret Augusto.

Radix fibrosa, perennis. *Caulis* erectus, teres, 4-pedalis, gracilis, lævis, cacumen versus pilosus. *Folia* longè petiolata, utrinque (ad nervos densiùs) hirsuta. *Racemus* strictus, pauciflorus. *Flores* sordidè cærulescentes.

Calycis foliola ovata, obtusa, margine crispato-undulata.

Petala exteriora calcarata, glabra, bifida lobis obtusis; *exteriorum laminâ* patente, barbatâ, altè bilobâ, obtusâ, crenulatâ. *Ovaria* 3, glabra. *Capsulæ* totidem.

2. *D. pauciflorum*, foliis multipartitis glabris: segmentis linearibus acutis, floribus solitariis remotis longè pedunculatis, calcare flore breviorè, petalis superioribus apice bifidis; inferioribus stipitatis limbo obovatis, caule erecto ramoso.

Delphinium Consolida? *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty. *Hamilton.* ☉. Floret Februario.

Caulis erectus, pedalis, ramosus, supernè villosulus. *Flores* violacei.

ACONITUM. *Linn. Gen.* 274. *Juss. Gen.* 234.

1. *A. virosum*, fulvescenti-tomentosum; foliis multipartitis: segmentis pinnatifidis suprâ glabris orâ revolutis, racemo laxo ovariisque lanuginoso, galeâ convexâ curvatâ.

Aconitum ferox et atrox. *Wallich in Litt.*

A. ferox. *Decand. Prod.* 1. p. 64.

Hab. in Nepaliæ alpebus. *Wallich.* ♀. Bruck s. Bick *Indigenis.*

Radix tuberosa. *Caulis* orgyalis, simplex, teres, lanugine fulvescente, præsertim apicem versus, omninò tectus.

Folia multipartita, coriacea, subtùs villosa, suprâ nuda, exarata; *caulina* subsessilia, 3-4-partita: *segmentis* pinnatifidis: *lobis* linearibus, rigidis, obtusis, integris dentatisve, margine revolutis. *Petoli* lanuginosi. *Racemus* simplex, laxis, densè lanuginosus. *Flores* speciosi, violacei. *Galea* convexa, brevè stipitata, curvata, obtusa. *Ovaria* 3, densè lanuginosa.

Obs. *Radix* hujus summè venenosa.

2. *A. palmatum*, foliis 5-fidis palmatis glabris subtùs pallidioribus: segmentis cuneatis inciso-lobatis dentatisque, caule simplici lævi.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* ♀.

Radix tuberosa. *Caulis* erectus, sesqui v. bipedalis, crassitie calami scriptorii. *Folia* longè petiolata, palmata. *Flores* mihi ignoti.

3. *A. dissectum*, foliis 5-partitis altè pinnatifidisque glabris : segmentis linearibus acutis, caule simplici glabro.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 2.

Radix tuberosa. *Caulis* erectus, palmaris pedalisve, simplex, teres, glaber, crassitie pennæ corvinæ. *Folia* longè petiolata, laciniato-partita, ferè *A. pyrenaici*. *Flores* nondùm vidi.

PAPAVERACEÆ. *Juss.*

PAPAVER. *Linn. Gen.* 263. *Juss. Gen.* 236.

* *Capsulâ apice in columnam productâ.*

1. *P. simplicifolium*, hispidè setosum ; foliis indivisis lanceolatis obtusis integerrimis petiolatis, scapo unifloro, flore nutante, capsulis oblongis valdè setosis.

Hab. in Gosaingsthan regione alpinâ Himalayæ, in Nepaliâ propriâ. *Wallich.* 2. *Ohaee* et *Themei* Sowang *Indigenis*.

Radix perennis, divisa. *Folia* numerosa, longè petiolata, indivisa, oblonga s. lanceolata, obtusa, 2-4-uncialia, integerrima, basi attenuata, semi v. ferè pollicem lata, utrinque cumque *petiolis* setis longis rectis scabriusculis tenuibus tecta. *Scapus* erectus, teres, sesquipedalis, undique setis patulis hispidus, crassitie pennæ corvinæ, apice attenuatus. *Flos* cernuus, phœniceus. *Petala* cuneato-obovata, basi latè brevèque unguiculata ac atropurpurea. *Stamina* indefinita, erecta, petalis breviora : *filamenta* purpurea : *antheræ* oblongæ, spiralitèr tortæ. *Ovarium* ovali-oblongum, hispidè setosum. *Stylus* s. *Columna* cylindracea, crassa, dimidii ovarii longitudine. *Stigma* capitatum, tetragonum.

2. *P. paniculatum*, hispidè setosum ; caule ramoso, foliis caulinis indivisis oblongis sessilibus, floribus paniculatis, capsulis sphæricis setis imbricatis obtectis.

Meconopsis napaulensis. *Decand. Prod.* 1. p. 121.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 2. *Espoo Swa Indigenis*.

Planta robusta, 3-4-pedalis, ramosa, setis patentibus subplumosis hispida, et pube stellatâ minutâ, quasi pulvere aureo, omninò tecta. *Flores* flavi, magnitudine *P. Rhaadis*. *Calyx* 2-phyllus, caducus : *foliolis* subrotundo-ovalibus, obtusis, concavis, extùs pube stellatâ pulverulentis. *Pe-*

taba 4, obovata, ungue lato. *Stamina* indefinita: *filamenta* capillaria, glabra: *antheræ* lineari-oblongæ, spiralitèr tortæ. *Capsula* globosa, magnitudine *cerasi hortensis*, setis subplumosis densè tecta. *Stylus* erectus, cylindraceus, semiuncialis. *Stigma* capitatum, integrum.

Obs. Herba summè venenata, imprimis radix. Succo luteo scatet.

CORYDALIS. *Decand. Syst. 2. p. 113.*

CORYDALIS Sp. *Vent. Persoon.*

FUMARIÆ Sp. *Linn.*

1. *C. longipes*, simplex; foliis radicalibus longè petiolatis triternatis: foliolis trilobis: lobis obovatis, bracteis 3 sessilibus digitatis, pedicellis elongatis unifloris subumbellatis.

Corydalis longipes. *Decand. Prod. 1. p. 128.*

Hab. in Gosaingthan. *Wallich. ♀.*

Planta lævis, glauca. *Radix* tuberosa. *Caules* erecti, simplices, graciles, 2-3-pollicares, glaberrimi. *Folia* radicalia, triternata, longè petiolata, glabra: *foliolis* trifidis: lobis obovatis, integerrimis, apice obtusè mucronulatis: *caulina* 1-2, ternata, brevè petiolata: *foliolis* 3-partitis. *Bracteæ* 3, sessiles, digitatæ: *segmentis* linearibus. *Pedicelli* 4-5 (nunc subsolitarii), terminales, subumbellati, longissimi, uniflori, glabri. *Flores* purpurei, intùs lutei. *Calcar* rectum, obtusum.

2. *C. chærophylla*, ramosa; foliis triternatis glaucis: foliolis cuneato-obovatis trilobis obtusis mucronulatisque, racemo plurifloro spicato, calycibus fimbriatis persistentibus, calcaribus adscendentibus.

Corydalis chærophylla. *Decand. Prod. 1. p. 128.*

Hab. in Nepaliæ alpihus. *Wallich. ♀.*

Herba glauca, facie omninò *C. luteæ*; sed altior. *Caules* tripedales, glabri, ramosi, flexuosi. *Flores* aurei. *Calyces* nivei, fimbriato-multifidi. *Calcar* pedicello longius.

DICLYTRA. *Decand. Syst. 2. p. 107.*

CORYDALIS Sp. *Vent. Persoon.*

FUMARIÆ Sp. *Linn.*

1. *D. scandens*, foliis bipinnatis: foliolis ovalibus mucronulatis glabris subtùs glaucis; inferioribus bi tripartitisve, petiolis primariis profundè bipartitis divaricatis; altero

ramulo cirrhifero, racemis simplicibus corymbosis oppositifoliis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis scandens. *Calcaria* 2, obtusissima.

POLYGALEÆ. *Juss. Brown.*

POLYGALA. *Decand. Prod. 1. p. 321.*

POLYGALÆ Sp. *Linn. Juss.*

* *Floribus cristatis.*

1. *P. discolor*, spicâ multiflorâ, alis spathulatis, caule erecto simplici, foliis inferioribus obovatis ellipticisve subtus rubicundis; superioribus lineari-lanceolatis mucronulatis.

Polygala discolor. *Hamilton MSS.*

P. leptostachya. *Decand. in Herb. Lamb.*

P. leptalca et oligophylla. *Decand. Prod. 1. p. 325.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton.* ☉.

Caulis 3-uncialis, v. interdum pedalis. *Spica* 1-3-pollicaris.

2. *P. Buchanani*, racemis paucifloris folio brevioribus, alis orbiculatis, caule erecto simplici piloso, foliis lanceolatis obtusiusculis utrinque pilosis.

Polygala Buchaniana. *Decand. in Herb. Lamb.*

P. persicariæfolia. *Ejusd. Prod. 1. p. 326.*

P. monspeliaca Linn.? *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton.* ☉.

Caulis palmaris, simplex. *Racemus* pilosus. *Flores* cernui, rubri. *Semina* villosissima. *Capsula* margine nuda.

Obs. In *P. monspeliacâ* Linn. folia lineari-lanceolata acuta, racemi nudi, nec pilosi, pedicelli breviores, alæ ovali-oblongæ, capsula margine membranacea.

3. *P. crotalarioides*, spicis brevissimis pilosis oppositifoliis, alis orbiculatis basi unguiculatis, petali lobis lateralibus oblongis basi unidentatis, foliis obovatis retusis hirsutis, caule decumbente piloso.

Polygala crotalarioides. *Kæn. MSS. in Mus. Banks. Decand. Prod. 1. p. 327.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

4. *P. arillata*, foliis elliptico-oblongis acuminatis subtus ramulisque pubescentibus, racemis oppositifoliis, alis obovato-oblongis, stigmate bidentato, capsulis subbaccatis margine alatis.

Polygala arillata. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* ♀.
Floret Augusto.

Frutex facie *Monnina polystachya*, erectus, ramosus. *Folia* elliptico-oblonga, 3-4-pollicaria, sesquiunciam lata. *Flores* magni cristati, speciosi, rosei, nutantes. *Capsula* subbaccata, compressa, costata, margine alata, bilocularis. *Semina* magna, arillo obvoluta.

* * *Floribus nudis.*

5. *P. triphylla*, alis obovatis, petali lobis lateralibus falcatis apice truncatis bidentatisque, foliis ovatis acutis glabris tenuissimè serrulatis petiolatis, caule apice trichotomo, ramis triphyllis.

Polygala triphylla. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.* ☉.
Caules 2-3-pollicares, erecti, apice trichotomi. *Flores* parvi, flavi, non cristati.

SALOMONIA. *Lour.*

Calyx minimus, quinquefidus: *laciniis* lanceolatis, acuminatis, æqualibus! *Petalum* trilobum: *lobis lateralibus* falcatis; *intermedio* vix longiore, cucullato-saccato, genitalia includente, non cristato. *Filamenta* in vaginam membranaceam stylum includentem connata. *Antheræ* 4! uniloculares, circa stigma conglutinatae. *Stylus* basi attenuatus, supernè dilatatus, compressus. *Stigma* parvum, obtusum, pruinose. *Capsula* compressa, bilocularis, margine denticulata v. spinulosa: *loculis* monospermiis. *Semina* pendula, compressa, lævia: *testa* duplex; *exterior* crassiuscula, crustacea, fragilis; *interior* tenuior, coriacea: *albumen* nullum. *Embryo* inversus, ochroleucus, rectus: *cotyledones* orbiculatae, compressae: *radicula* supera, brevissima, crassa, obtusa, centripeta:

Herbæ humillimæ, læves, radice fibrosâ annuâ. *Folia alterna, latiuscula.* *Spicæ graciles, tenuifloræ.* *Flores minuti, rosei, singuli bracteolâ cuspidatâ suffulti.*

Obs. A *Polygalâ* discrepat calyce 5-fido æquali, alis nullis, antheris 4 unilocularibus, floribus singulâ bracteolâ basi instructis.

1. *S. petiolata*, foliis cordatis acutis petiolatis, alis carinæ æqualibus, capsulis truncatis denticulato-serrulatis, caule ramoso diffuso.

Salomoniam cantoniensis. *Lour. Cochin.* 1. p. 18. *Decand. Prod.* 1. p. 334.

S. edentula. *Decand. l. c.*

- Hab.* in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* ☉.
Caulis diffusus, ramosus, 3-4-pollicaris, paulò alatus. *Folia*
 subtùs glauca.
2. *S. sessilifolia*, foliis ovalibus sessilibus mucronulatis, alis
 carinâ brevioribus, capsulis lunatis duplici serie spinuloso-
 ciliatis, caule simplici recto.
Salomoniam oblongifolia. *Decand. Prod.* 1. p. 334.
Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.
Caulis simplicissimus, 3-uncialis. *Flores* purpurei. *Petali*
 lobis lateralibus medio brevioribus.
-

CRUCIFERÆ. *Linn. Juss.*CAPSELLA. *Vent. Desv. Decand. Syst. Veg.* 2. p. 383.THLASPIDIS *Sp. Auctor.*

1. *C. Bursa Pastoris.* *Decand. l. c.*
Thlaspi Bursa Pastoris. *Linn.*
Hab. in cultis ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.*
Wallich. ☉. Floret Maio.

CARDAMINE. *Brown in Hort. Kew. II.* 4. p. 101.CARDAMINE et DENTARIA. *Linn.*

1. *C. debilis*, glabra; caule erecto ramoso flexuoso, foliis ra-
 dicalibus simplicibus reniformibus repando-crenatis petio-
 latis; caulinis pinnatis: foliolis 5 oppositis subrotundis
 trilobis; impari maximo, siliquis filiformibus rectis.
Cardamine resedifolia *Linn.?* *Hamilton MSS.*
Hab. in Nepaliâ ad Nurainbetty. *Hamilton.* ☉. Floret
 Octobri.
Herba gracilis, virens, spithamæa. *Radix* fibrosa. *Flores*
 parvi, albi.
2. *C. nasturtioides*, glabra; foliis inferioribus ternatis; foliolo
 impari maximo subrotundo obsolete trilobo; superioribus
 simplicibus cuneato-ovatis trilobis, caule procumbente
 ramoso.
Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.
Flores parvi, albi.
3. *C. polyphylla*, foliis pinnatis: foliolis 9-11 oppositis lanceo-
 latis mucronulatis grossè obtusèque serratis subtùs cau-
 leque simplici pilosiusculis, racemo multifloro pubescente.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* ♀.

Caulis erectus, teres, sesquipedalis, pilosus, crassitie fere pennæ anserinæ. *Folia*, spithamæa: *foliola* 3 pollices longa, ultra semiunciam lata. *Flores* pallidè purpurei.

Obs. *Dentaria pinnata*, cui proxima, differt foliis septenis lanceolatis acuminatis acutè serratis, pedicellis glabris longioribus.

NASTURTIUM. *Brown l. c. p. 110. Decand. l. c. p. 187.*

SISYMBRII Sp. *Linn.*

1. *N. sparsum*, foliis pinnatis: foliolis ovali-oblongis obtusis inciso-serratis pubescentibus mucronulatis, corymbis paucifloris, siliquis subulatis rectis pedicello duplò longioribus sparsis, caule adscendente.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis palmaris. *Flores* parvi, albi.

2. *N. heterophyllum*, glabrum; foliis inferioribus lyratis dentatisque petiolatis; superioribus ellipticis denticulatis, corymbis multifloris, siliquis teretibus pedicello duplò longioribus, caule erecto ramoso.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

ERYSIMUM. *Brown l. c. p. 115. Decand. l. c. p. 490.*

1. *E. robustum*, foliis lanceolatis mucronulatis dentatis basi attenuatis utrinque subsericeis, siliquis adscendentibus puberulis pedicello 5-plò longioribus, caule angulato sericeo ramoso.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* ♂.

Radix fusiformis. *Caulis* bipedalis, rigidus, ramosus, foliosus, heptagonus cumque foliis pilis brevibus appressis sericeus. *Pedicelli* tetragoni, breves. *Flores* aurei. *Stigma* latum, umbilicatum. *Siliquæ* tetragonæ, adscendentes, ferè bipollicares, pubescentes.

2. *E. violaceum*, foliis lanceolatis acutis pilosis denticulatis basi sagittatis semi-amplexicaulibus, caule stricto simplicissimo piloso, racemo congesto, petalis integerrimis calyce plurimum longioribus.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* ♀. Outch Indigenis.

Caulis teres, strictus, simplicissimus, bi v. tripedalis, foliosus.

Racemus brevis, congestus, pedunculatus. *Flores* purpureo-violacci. *Siliquæ* patulæ.

RESEDEACEÆ. *Decand.*

DATISCA. *Linn. Gen.* 530. *Juss. Gen.* 445.

1. *D. nepalensis*, lævis; foliolis quinis ovato-lanceolatis acuminatis serratis, floribus masculis 8-andris.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Flores fœminei plures, axillares, singuli bracteolâ (ob defectum calycis proprii) subulatâ; intermediâ sæpè elongatâ foliaceâ instructi. *Capsula* verè supera, 3-gona, brevè pedicellata, 1-ocularis, polysperma, apice 3-dentata, stigmatibus 3 bipartitis arcuatis longis coronata.

Obs. *D. cannabina* distinguitur floribus masculis 10—15-andris, stigmatibus plurimùm brevioribus.

BALSAMINEÆ. *A. Rich.*

IMPATIENS. *Linn. Gen.* 458.

BALSAMINA. *Juss. Gen.* 270.

1. *I. racemosa*, foliis lanceolatis acuminatis serratis basi acutis, racemis multifloris pedunculatis folia longè superantibus, calcaribus pedicello longioribus, petalis lateralibus appendiculatis.

Impatiens insignis *Decand. Prod.* 1. p. 688?

Balsamina racemosa. *Hamilton MSS.*

Hab. in ruderatis apricis Nepaliæ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* ☉. Floret Augusto.

Caulis simplex, pedalis.

2. *I. odorata*, foliis lineari-lanceolatis acuminatis serratis basi attenuatis petiolatis, racemis corymbosis pedunculosis folio brevioribus, calcaribus pedicellorum longitudine, petalis lateralibus biappendiculatis.

Impatiens racemosa. *Decand. l. c.* p. 688?

Balsamina odorata. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliæ ruderatis ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* Floret Septembri. Iso Swa *Nawaricè.*

Caulis simplex, palmaris.

3. *I. micrantha*, foliis ellipticis acuminatis petiolatis grossè crenatis basi longè attenuatis, racemis corymbosis folio

duplò brevioribus, calcaribus pedicellos æquantibus, petalis lateralibus appendiculatis.

Impatiens leptoceras. *Decand. l. c. p. 688?*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Caulis erectus, ramosus, bipedalis. *Flores* rosei, omnibus minores.

4. *I. Hamiltoniana*, foliis ovatis petiolatis serratis acuminatis infernè attenuatis, pedunculis dichotomis bifloris petiolo brevioribus, petalis lateralibus dorso cornutis.

Impatiens scabrída et discolor. *Decand. l. c. p. 687?*

Impatiens Noli-tangere. *Hamilton MSS. nec Linn.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ☉. Floret Augusto.

BERBERIDEÆ. *Juss.*

BERBERIS, *Linn. Gen. 175. Juss. Gen. 286.*

* *Foliis simplicibus.*

1. *B. asiatica*, foliis cuneatis ellipticisve glaucis dentato-spinosis coriaceis utrinque valdè reticulatis sublacunosis, racemis corymbosis folio brevioribus, pedicellis unifloris, baccis ovalibus.

Berberis asiatica. *Roxb. Fl. Ind. ined. Decand. Syst. Veg. 2. p. 13. Ejusd. Prod. 1. p. 107. Deless. Icon. Sel. 2. t. 1.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Folia interdum sunt integerrima.

2. *B. Chitria*, foliis lanceolatis obovato-oblongisve mucronatis viridibus membranaceis setaceo-dentatis integerrimisve basi attenuatis, racemis multifloris nutantibus folio longioribus, pedicellis trifidis trifloris, baccis oblongis.

Berberis Chitria. *Hamilton MSS. Bot. Reg. t. 729.*

B. angustifolia. *Roxb. Hort. Beng. p. 87.*

B. aristata. *Decand. Syst. Veg. 2. p. 8. Ejusd. Prod. 1. p. 106.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich.* ♀.

Frutex spinis simplicibus tripartitisve.

3. *B. Wallichiana*, foliis elliptico-oblongis mucronatis coriaceis spinuloso-serrulatis utrinque planis nitidis viridibus, pedunculis clavatis unifloris aggregatis, baccis ovalibus.

Berberis Wallichiana. *Decand. Prod. 1. p. 107.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Spinæ tripartitæ.

* * *Foliis pinnatis.*

4. *B. Miccia*, filamentis simplicibus, foliolis 7—9 ovato-oblongis coriaceis nitidis 5-nerviis dentato-spinosis sinuatisque basi rotundatis subcordatisve apice tricuspидatis, racemis terminalibus aggregatis, bracteolis ovali-oblongis obtusis.

Berberis Miccia. *Hamilton MSS.*

Mahonia nepalensis. *Decand l. c. p. 21. Ejusd. Prod. 1. p. 109.*

Ilex Japonica. *Thunb. Jap. 79. Ejusd. Icon. t. 32.*

Hab. in Nepaliâ, ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich. 7. Floret Novembri et Decembri.*

Obs. Varietates, quæ memorat Clariss. Decandolle, nihil sunt quàm ramos diversos ex eadem arbore. Species hæc, ob filamenta simplicia nec bidentata, characterem. *Mahoniæ* infirmit; sed de hac re confer. *Brown in Bot. Mag.* et *Nos in Bot. Reg.* ubi necessitas revocandi *Mahoniam* iterùm ad *Berberidem* fusiùs exposuit.

VIOLEÆ. *Vent. Brown.*

VIOLA. *Linn. Gen. 457. Juss. Gen. 294.*

* *Acaules.*

1. *V. cæspitosa*, foliis oblongis obtusis glabris crenulatis basi rotundatis, petiolis alatis paginâ ter brevioribus, scapis folia superantibus, laciniis calycinis lanceolatis acutis, petalis obovatis integris; lateralibus barbatis.

Viola primulifolia. *Hamilton MSS. (non Linn.)*

V. nepalensis. *Decand. in Herb. Lamb.*

V. Patrini γ . *Ibid. Prod. 1. p. 293.*

Hab. ad Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliæ minoris. *Hamilton. Wallich. 7. Floret Aprili.*

Folia patula, oblonga, sesqui v. bipollicaria, semiunciam lata. *Flores* violacci.

2. *V. palmaris*, sarmentosa; foliis cordatis acuminatis crenatis longè petiolatis pilosiusculis, laciniis calycinis lanceolatis acutis glabris posticè bidentatis, petalis ellipticis supernè puberulis, calcare saccato.

Viola palmaris. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty et prope Bheempedi. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Decembri et Aprili.

Flores lutei.

Obs. *V. Buchananiana Decand. in Herb. Lamb.* (quæ *V. repens Ham.*) nullo modo diversa mihi videtur.

3. *V. aspera*, foliis cordatis obtusis crenatis pubescentibus, scapis foliis brevioribus, laciniis calycinis linearibus obtusis hirsutis, petalis ovalibus, calcare abbreviato.

Viola aspera. Decand. Prod. 1. p. 295.

Hab. in Nepaliâ superiore. *Wallich.* ♀.

Herba humilis, cæspitosa, bi v. tripollicaris. *Flores* lactei.

* * *Caulescentes.*

4. *V. Hamiltoniana*, glabra; caulibus repentibus, foliis reniformibus crenulatis, stipulis lanceolatis acutis dentatis, pedunculis folio vix longioribus, laciniis calycinis lanceolatis acutis, calcare abbreviato, fauce barbatâ.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

5. *V. Wallichiana*, pilosiuscula; foliis radicalibus reniformibus serratis; caulibus superioribus cordatis, stipulis ovato-lanceolatis ciliato-denticulatis, pedunculis folio duplò longioribus, laciniis calycinis linearibus ciliatis, calcare subulato, fauce nudâ.

Viola Wallichiana. Decand. Prod. 1. p. 300.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* ♀.

Caules simplicissimi, 3-6-unciales, filiformes, pilosi. *Flores* lactei, ferè *V. striatæ*: faux nuda, venis nigris picta.

RUTACEÆ. *Brown.*

RUTARUM Pars. *Juss.*

RUTA. *Linn. Gen. 102. Juss. Gen. 297.*

* *Foliis simplicibus.*

1. *R. cordata*, foliis cordatis amplexicaulibus, petalis integerrimis, filamentis glabris.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* ♀.

Radix crassa, tuberosa. *Caules* simplices, erecti, teretes, glabri, foliosi, palmares pedalesve. *Folia* cordata, integerrima, glauca, amplexicaulia. *Flores* parvi, lutei, nu-

merosi, corymbosi, terminales, 5-fidi, 10-andri. *Petala* ovali-oblonga, calyce longiora, integra. *Capsula* 5-locularis, annulo nectarifero cincta.

* * *Foliis pinnatis.*

2. *R. albiflora*, foliis bipinnatis: foliolis obovatis retusis, floribus paniculatis tetrapetalis octandris, ovariis pedicellatis, petalis integerrimis.
Ruta albiflora. *Hook. Exot. Fl. t. 79.*
R. Dampatis. *Hamilton MSS.*
Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri. *Dampati Incolis.*
Herba elegans, densè glandulosa, pubescens. *Caulis* erectus teres, sesqui v. bipedalis, apice paniculatim ramosus. *Flores* albi! tetrapetali, 8-andri. *Ovarium* longè pedicellatum, 4-lobum. *Stylus* longiusculus, simplex. *Stigma* capitatum. *Nectarium* cupulatum, crenatum, pedicelli ovarii basin cingens. *Capsula* sæpiùs 4-loba. ♀

GERANIACEÆ. *Juss.*

GERANIUM. *L'Herit. Hort. Kew. II. 4. p. 184.*

1. *G. multifidum*, acaule; pedunculis bifloris, foliis profundè 5-partitis: segmentis multisectis: lobis linearibus obtusis subtùs pilosis, scapo tetragono adscendente apice subtrichotomo villosò.
Hab. in Gosaingthan. *Wallich.* ♀.
Herba acaulis, aut brevè caulescens. *Scapi* foliis longiores. *Calycis foliola* elliptico-oblonga, obtusè mucronata. *Petala* obovata, purpurea, calyce longiora.
2. *G. Wallichianum*, pedunculis elongatis bifloris, foliis 5-lobis: segmentis latè cuneato-ovatis inciso-dentatis, utriusque cauleque sericco-villosis, stipulis ovalibus obtusis, caule adscendente. *Don. in Bot. Mag. t. 2377. Sweet. Geran. t. 90. Decand. Prod. 1. p. 641.*
Hab. in Gosaingthan. *Wallich.* ♀.
Caulis decumbens, purpurei, villosi, simplices v. basi divisi, teretiusculi, palmares pedalesve, rariùs sesquipedalis. *Stipula* ovales, integræ, obtusæ, latissimæ. *Flores* sanguinco-purpurei. *Cæt. confer. l. c.*

3. *G. eriostemon*, pedunculis bifloris, corollis patulis basi barbatis, filamentis villosissimis basi distinctis, foliis cordatis 5-lobis inciso-serratis utrinque cauleque erecto villosis.

Geranium eriostemon. *Fisch. MSS. Sweet Geran. t. 197. Decand. Prod. 1. p. 641.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. Ȳ. Floret Augusto.*

Caules erecti, ramosi, obsolete angulati, spithamæi v. tripedales, ad geniculos tumidi, undique villis mollibus dense vestiti. *Folia* radicalia longè petiolata, 5-loba, cordata, mollia, villosa, rugoso-venosa: lobis latè ovatis, acutis, inæqualitèr inciso-serratis; *caulina* pauca, triloba, subsessilia. *Pedunculi* elongati, filiformes, biflori, villosi *Calycis foliola* elliptico-oblonga, concava, villosa, membranacea, apice mucrone subulato terminata. *Corolla* patula, rotata, ferè *G. lividi*, pallidè violacea. *Petala* subrotunda, plana, integerrima, unguibus barbata et villis connexa. *Filamenta* villosissima, basi distincta, alba, supernè atrosanguinea. *Ovaria* villosa. *Styli* coaliti, glabri, staminibus longiores. *Stigmata* sanguinea, revoluta, puberula.

4. *G. nepalense*, procumbens; pedunculis capillaribus bifloris, foliis 5-lobis: segmentis cuneatis obtusè inciso-dentatis villosis, stipulis bi tripartitisve aristatis, petalis vix calycem excedentibus.

Geranium nepalense. *Sweet Geran. t. 12. Decand. Prod. 1. p. 643.*

G. radicans. *Decand l. c. p. 639.*

G. quinquenerve. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ, ad ripas umbrosas fluvii Kuli Khana dicti. *Hamilton. Ȳ. Floret Aprili.*

Planta magnitudine et facie *G. mollis*, villosa. *Radix* longissima, ramosa. *Caules* plures, procumbentes, 3-5-unciales, villosi. *Folia* longè petiolata. *Petoli* filiformes, 3-pollicares. *Pedunculi* capillares, oppositifolii, vix longiores, biflori. *Flores* parvi, rosei, striati.

GROSULARIÆ. *Juss. Decand.*

RIBES. *Linn. Gen. 111. Juss. Gen. 310.*

1. *R. Takare*, inermis; foliis cordatis trilobis acuminatis duplicato-serratis utrinque ramulisque pubescentibus.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. Ȳ. Takare Indigena.*

Folia ampla *Aceris*. *Flores* non vidi.

SAXIFRAGEÆ. *Juss.*SAXIFRAGA. *Linn. Juss.*

Calyx 5-fidus. *Petala* 5, integra. *Stamina* 10. *Styli* 2. *Capsula* 2-ocularis, 2-valvis, è stylis persistentibus birostris: intra rostra foramine orbiculari aperiens, polysperma. *Don in Linn. Trans.* 13. p. 343. (characterè parùm mutato.)

Div. 1. BERGENIA.

1. *S. ligulata*, foliis orbiculatis ovalibusve utrinque papilloso-punctatis margine denticulatis ciliatisque basi cordatis, scapo filiformi dichotomo, laciniis calycinis mucronulatis, petalis orbiculatis.

Saxifraga ligulata. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 398. (cum tabulâ.) *Don in Linn. Trans.* 13. p. 348. *Hook. Ex. Flor.* t. 49. *Sweet Flow. Gard.* t. 59.

S. Pacumbis. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty (*Hamilton*,) in Nepaliæ et Bengalizæ orientalis alpibus. *Wallich. V. Floret Martio.*
Folia ampla, coriacea, lucida, ovalia v. orbiculata, nunc ferè obovata, basi cordata, utrinque præsertim in junioribus papilloso-punctata, margine paulò undulata, denticulata ac setis crebris callosis quasi duplici serie patulis instructa, 4 pollices v. spithamum longa, 4-7 uncias lata, suprâ intensè viridia, subtùs pallidiora, venis prominentibus reticulata. *Stipulæ* latissimæ, membranacæ ciliis longis laxis margine densè instructæ. *Petioli* brevissimi (scm̄i v. pollicem longi,) teretes, crassitie calami scriptorii, aut nunc ferè digiti minoris, basi valdè dilatati ac imbricati. *Scapi* plures, erecti, filiformes, læviusculi, nitidi, purpurascens, crassitie pennæ corvinæ aut ultrâ, apice dichotomi v. bis dichotomi, 3-6-pollicares. *Pedunculi calyceisque* minutè papilloso. *Flores* magni, speciosi, pallidè rosei aut albi. *Lucinæ calycinæ* latè rotundatæ v. ovales, apiculatæ. *Petala* unguiculata: laminâ latâ orbiculatâ, patulâ, reticulato-nervosâ. *Stamina* purpurea, inæqualia, petalis plurimùm breviora; 5 alterna calycinis laciniis opposita, multò minora.

Obs. Descriptio ad vivum reformatus.

Div. 3. LEIOGYNE.

2. *S. brachypoda*, foliis linearibus pungentibus trinerviis margine spinulosis, flore terminali brevè pedunculato, petalis obovatis. *Don in Linn. Trans.* 13. p. 378.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 7.

3. *S. hispidula*, caullibus filiformibus, foliis ovatis setosis mucronatis bidentatis, flore solitario brevissimè pedunculoso, calyce setoso. *Don. in l. c. p. 380.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 7.

Div. 5. SAXIFRAGÆ VERÆ.

4. *S. parnassifolia*, caule erecto folioso 3-4-floro, foliis cordatis glabris amplexicaulibus, petalis obovatis 5-nerviis. *Don in l. c. p. 405.*

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 7.

TIARELLA. *Linn. Juss.*

Calyx 5-fidus. *Petala* 5, integra. *Stamina* 10. *Ovarium* biloculare. *Styli* 2; altero sterili, minimo, immerso. *Cap-sula* loculo fertili, elongato, subsiliquoso.

Herbæ *perennes, cæspitosæ*. Folia *cordata, longè petiolata, lobata et serrata, hirsuta, sæpiùs radicalia*. Scapi *v. caules simplicissimi*. Flores *terminales, spicato-racemosi, albi*.

1. *T. polyphylla*, caule triphylo glanduloso-piloso, foliis cordatis 3-5-lobis argutè serratis utrinque pilosis, laciniis calycinis elliptico-oblongis mucronatis, racemo laxo.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 7.

Herba *facie T. cordifoliæ, v. Mitellæ diphyllæ*. *Caules* plures, *spithamæi v. pedales, simplicissimi, erecti, foliis 3 alternis instructi*. *Racemus* *laxus, multiflorus*.

CHRYSOSPLENIUM. *Linn. Gen. 222. Juss. Gen. 309*

1. *C. nepalense*, foliis oppositis subrotundo-ovalibus crenatis glabris, laciniis calycinis rotundatis, seminibus nitidissimis.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich.* 7.

Obs. In *C. oppositifolio*, à quo vix nostrum distinctum, folia reniformia minùs manifestè crenata, lacinia calycina ovata obtusa, semina opaca.

ASTILBE. *Hamilton MSS.*

TIARELLÆ Sp. *Vent.*

Calyx profundè 4-5-partitus, coloratus, imbricatus: *segmentis* ovalibus, obtusis, concavis. *Petala* nulla. *Stamina* 8, *segmentis* calycinis opposita: *filamenta* subulata: *anthera* sphaericæ, biloculares, duplici rimâ longitudinali deliscentes. *Styli* 2. *Stigmata* 2, truncata, pruinosa. *Cap-sula* supera, bilocularis, birostris, polysperma.

Herbæ perennes, robustæ, Spirææ Arunci facie, pilosæ, ad rivulos provenientes. Folia ampla, biternata, grossè serrata. Petioli basi valdè dilatati. Flores parvi, spicato-racemosi, in paniculum digesti, ex albo lutescentes.

Obs. Genus inter Saxifrageas (nec inter Ranunculaceas ut velit Hamiltonius) rectè collocandum.

1. *A. rivularis*, floribus 4-fidis octandris, foliis ovatis duplicato-serratis subtùs petiolisque villosis.

Astilbe rivularis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton*. ♀. Floret Septembri.

Caulis erectus, flexuosus, teres, tripedalis, crassitie pennæ corvinæ, undique villis fuscis vestitus. *Folia* biternata, ferè *Rubi*: foliis ovatis, acuminatis, rigidis, asperis, duplicato-serratis, stipitatis, basi acutis v. subcordatis, suprâ papilloso-setosis, subtùs villosis, sesqui v. bipollicaribus. *Petioli* teretiusculi, basi valdè dilatata concavâ et membranaceâ, stipulam mentiente, amplexicaules. *Flores* spicato-racemosi, parvi, ex albo lutescentes, in paniculam terminalem elongatam villosam digesti. *Bracteolæ* ovatæ, concavæ, membranaceæ, acuminatæ, apice sæpiùs laciniatæ.

Obs. Hujus generis est *Tiarella biternata* *Vent. Malm.* 54. *Pursh Fl. Amer. Sept.* 1. p. 313, cui characterem sequentem proposui: *Astilbe decandra*, floribus 5-fidis decandris, foliis cordatis inciso-lobatis serratisque subtùs petiolisque glanduloso-pilosis.

HYDRANGEA. *Linn. Gen.* 222. *Juss. Gen.* 310.

HORTENSIA. *Juss.*

1. *H. aspera*, foliis lanceolatis acuminatis angustè serratis subtùs ramulisque densè cano-tomentosis, corymbis paniculatis diffusis, radiis ovatis mucronatis serratis.

Hortensia aspera. *Hamilton MSS.*

Hab. in aquis, ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton*. ♀. Floret Septembri.

Arbor magnitudine *Opuli* (*Ham.*) *Folia* palmaria, bi v. 2½ pollices lata.

2. *H. heteromalla*, foliis ovalibus acuminatis angustè serratis subtùs tomentosis ac pilosis, corymbis supradecompositis diffusis pilosis, radiis subrotundo-ovalibus integerrimis.

Hab. in Gosaingthan Nepalensium. *Wallich*. ♀.

Folia 5-pollicaria, ferè 3 uncias lata. *Flores* decandri.

3. *H. anomala*, foliis ovatis acuminatis nudiusculis margine sinuoso-crenatis, petiolis nervisque pilosis, cymis terminalibus hirsutis, flosculis uniformibus, radiis nullis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.

Folia 4-pollicaria, basi rotundata. *Petioli* pollicem v. sesquipollicem longi. *Flores* parvi, uniformes, decandri. *Antheræ* sphæricæ, bikulares. *Styli* 2, brevissimi, crassi, recurvati.

DROSERACEÆ. *Decand.*

DROSER. *Linn. Gen.* 154. *Juss. Gen.* 245.

1. *D. peltata*, caule folioso, foliis radicalibus reniformi-rotundis; caulinis lunatis peltatis, racemo laterali paucifloro, laciniis calycinis ovatis acutis margine glanduloso-pilosis, petalis duplò brevioribus.

Drosera peltata. *Smith Ex. Bot.* t. 41.

D. lunata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Suembru Nepaliæ superioris. *Hamilton. Wallich.*

☉. Floret Julio.

Caulis erecti, flexuosi, graciles, filiformes, foliosi, sæpè spithamæi, apice divisi. *Folia* omnia petiolata, ciliis longissimis glanduliferis densè instructa. *Flores* pulchri, anrei.

Obs. Planta nepalensis nullo modo à nova-hollandicâ differt.

2. *Burmanni*, foliis brevissimis cuneatis, scapis simplicibus lævibus basi densè palcaceis, racemo terminali, pedicellis calycibusque lævibus, laciniis calycinis linear-oblongis acutis petala subæquantibus.

Drosera Burmanni. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Folia aggregata, 3 lineas longa, basin versus attenuata. *Scapus* erectus, filiformis, 2-5-pollicaris, ad insertionem palcis numerosis multifidis instructus.

Obs. *D. cuneifolia* *Linn.* differt duplò majore, scapo pedicellis calycibusque glandulosis, laciniis calycinis ovatis obtusis petalis ter brevioribus.

CRASSULACEÆ. *Juss. Decand.*

SEDUM. *Linn. Gen.* 230. *Juss. Gen.* 207.

1. *S. himalense*, caulibus erectis, foliis ovato-lanceolatis planis acutis dentatis glaucis lævibus, corymbo subsimplici, radice crassâ.

Hab. in Gosaingsthan regione alpina Himalayæ s. jugi Emodi. *Wallich.* 2.

Herba perennis, 5-pollicaris, facie *Rhodiolæ roseæ*. *Corolla* 5-petala, 5-gyna.

RHODIOLA. *Linn. Gen.* 526. *Juss. Gen.* 207.

1. *R. asiatica*, floribus hermaphroditis, foliis lineari-lingulatis integerrimis obtusis, umbellis paucifloris, laciniis calycinis oblongis obtusis.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 2.

Radix carnosa. *Caudex* crassissimus, 3-4-pollicaris, diametro unciali, rugosus, rudimentis persistentibus caulium emarcidorum tectus, apice divisus. *Caules* confertissimi, cæspitosi, bipollicares, filiformes, adscendentes. *Folia* parva, sparsa, integerrima, carnosa, glauca, obtusa, sesqui v. 2 lineas longa. *Flores* terminales, corymbosi, aurei, 4-fidi, 8-andri. *Calycis laciniæ* oblongæ, obtusæ. *Petala* oblonga, calyce longiora. *Stamina* iis longiora. *Ovaria* 4.

CARYOPHYLLÆ. *Juss.*

GYPSOPHILA. *Linn. Gen.* 224. *Juss. Gen.* 301.

1. *G. cerastioides*, caulibus erectis tetragonis pilosis, foliis utrinque pilosis ciliatisque; radicalibus spathulatis longè petiolatis mucronulatis; caulinis obovatis subsessilibus, floribus terminalibus corymbosis, laciniis calycinis lanceolatis acutis margine membranaceo-fimbriatis, petalis emarginatis.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 2.

Planta cæspitosa. *Radix* longissima, divisa, fibris numerosis instructa, supernè lignescens. *Caules* plures, erecti, simplices, 4-6-unciales, geniculati, tetragoni, undique pilosi, apice dichotomi. *Folia* omnia utrinque pilosa, margine ciliata, paulò aspera; *radicalia* spathulata, mucronulata, cum *petiolis* unciam v. sesquiunciam longa; *caulina* obovata, opposita, subsessilia, apice rotundata. *Flores* ad apices ramulorum corymbosi, sæpè glomerati, albi. *Pedunculi laterales* triflori, aut iterùm divisi; *medio* solitario, brevissimo, unifloro. *Pedicelli calycesque* asperè pilosi. *Laciniæ calycinæ* lanceolatæ, acutæ, rigentes, margine latiusculo membranaceo albo fimbriato cinctæ. *Petala* obovata, emarginata, calycem paululùm excedentia. *Sta-*

mina 10, brevia, inæqualia. *Styli* 2, recti, teretes, staminibus longiores. *Stigmata* obtusa, pruinosa. *Capsula* subrotunda, calyce brevior, 1-locularis, 5-valvis, polysperma. *Semina* majuscula, plana, subreniformia, fusca, placentæ centrali liberæ funiculo umbilicali adnatæ.

CHERLERIA. Linn.

Calyx altè 5-partitus. *Petala* 5, indivisa, nunc calyce plurimum minora. *Styli* 3. *Capsula* 3-locularis, 3-valvis: *loculis* dispermis.

Herbæ *perennes, cæspitosæ, muscoideæ*. Folia *subulata, densè congesta*. Flores *solitarii, subsessiles, albi v. rosei*.

Obs. *Capsula* verè trilocularis; indè genus ab *Arenariâ* valdè diversum.

1. *C. grandiflora*, foliis lanceolatis rigidis mucronatis pungentibus subtùs carinatis margine scabris basi dilatatis ciliatisque suprâ concavis, segmentis calycinis cuneato-rotundatis latissimis, petalis obovatis retusis calycem excedentibus.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. 7.*

Planta compacta, cæspitosa, depressa, rigida, aspera. *Radix* longissima, lignosa, fusca. *Caules floriferi* distincti, erecti, uniflori, semiunciales, undique pilosi. *Folia surculina* conferta, quadrifariam opposita, lanceolata, mucronata, rigida, pungentia, patula, 2-3 lineas longa, margine scabra, basi dilatata, ciliata atque brevè vaginata, subtùs convexa atque carinata, glabra, nitida, suprâ concava; *caulina* subsimilia, sed multò latiora atque breviora. *Flos* solitarius, terminalis, grandiusculus, magnitudine *Arenariæ grandifloræ*, roseus. *Segmenta calycis* latissimè cuneato-rotundata, margine superiore membranacea et erosè crenulata. *Petala* latè obovata, calyce longiora, apice retusa. *Stamina* 10, æqualia, petalis breviora: *filamenta* subulata, purpurea, glabra: *antheræ* flavæ. *Ovarium* sphericum, 3-loculare, 3-valve: *ovulis* pluribus in quoque loculo. *Styli* 3, breves, teretes, glabri. *Stigmata* parva, capitata. *Capsula* 3-locularis, 3-valvis: *loculis* 2-spermis.

2. *C. juniperina*, foliis confertis 6-fariis lanceolatis mucronatis rigidis deflexis margine lævibus, floribus axillaribus solitariis folio brevioribus, segmentis ovalibus obtusis, petalis ovali-oblongis calyce duplò longioribus.

Arenaria densissima. *Wallich in Litt.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. 7.*

Planta cæspitem magnum valdè compactum formans. *Radix* longa, lignescens. *Caules* confertissimi, 3-4-pollicares, densè foliosi, teretes, rigidiusculi, fragiles, apice virides. *Folia* persistentia, mucronata, deflexa, suprâ plana, subtùs

carinata, margine lævia, serè omnia emarcida, fuscescencia; *summa viridia*. Flores albi, axillares, solitarii. *Pedicelli* brevissimi, bracteolis ellipticis concavis mucronatis instructi. *Calyx* lævis. *Petala* calyce duplò longiora, apice integra. *Stamina* 10. *Antheræ* atræ. *Styli* 3, breves. *Capsula* 3-ocularis, 3-valvis.

ARENARIA. *Linn. Gen.* 226. *Juss. Gen.* 301.

1. *A. serpyllifolia*. *Linn.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ☉. Floret Januario.

STELLARIA. *Linn. Gen.* 226. *Juss. Gen.* 301.

1. *S. saxatilis*, foliis planis elliptico-oblongis mucronulatis utrinque cauleque erecto tomentosis, pedunculis axillaribus trichotomis multifloris, calycibus acuminatis tomentosis corollâ longioribus.

Stellaria saxatilis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Bheempedi Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Aprili.

Caules pedales, simpliciusculi.

2. *S. patens*, foliis lineari-lanceolatis acutis sessilibus utrinque cauleque decumbente villosis, pedunculis axillaribus trichotomis paucifloris, calycibus acutis glabris corollam æquantibus.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Caules decumbentes, ramosi, pedales v. sesquipedales.

3. *S. monosperma*, foliis latè lanceolatis acuminatis sessilibus cauleque erecto glabris, paniculâ terminali trichotomâ multiflorâ pedunculosâ, calycibus glabris obtusis corollâ brevioribus, capsulis monospermis.

Stellaria monosperma. *Hamilton MSS.*

S. crispata. *Wallich in Litt.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Octobri.

Species omnium maxima. *Caulis* erectus, sesqui v. bipedalis, simplex. *Folia* 6-pollicaria, unciam v. sesquiunciam lata. *Panicula* ampla, divaricata, multiflora. *Flores* candidi *S. Holstei*.

Obs. Folia in *siccis* margine crispulata, vix similiter in vivis.

4. *S. monogyna*, pentandra; caule ramosissimo procumbente glabro, geniculis barbatis, foliis subrotundis nervosis glabris petiolatis, umbellis dichotomis pedunculatis, stigmatè triplici basi monostylo.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

Herba diffusa, facie *S. media*, et flores pariter pentandri.

CERASTIUM. *Linn. Gen. 232. Juss. Gen. 301.*

1. *C. grandiflorum*, hirsutum; foliis inferioribus spathulatis; superioribus lanceolatis acutis, floribus terminalibus glomeratis, calycibus acutis pistillisque corollâ brevioribus, caule decumbente ramoso.

Cerastium grandiflorum. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. ♀.* Floret Martio.

Caulis decumbentes, ramosissimi, palmares.

BRACHYSTEMMA.

Calyx profundè 5-partitus, obtusus, margine scariosus. *Petalâ* 5, minuta, elliptica, acuta, in fundo calycis latent. *Stamina* 5, petalis plurimum breviora, atque iisdem alterna: *filamenta* membranacea, basin versus dilatata: *anthera* ovales. *Ovarium* 1-loculare: *ovulis* ternis. *Styli* 2, distincti. *Stigmata* 2, longissima, revoluta, acie interiore barbata. *Capsula* sphaerica, 1-ocularis, 4-valvis, ad basin usque dehiscens, monosperma. *Placenta* centralis, columnaris, brevis, undique libera, demùm evanescent. *Semen* solitarium, magnum: *testa* duplex; *exterior* coriacea, rufa, rugosa; *interior* cartilaginea, lutescens: *albumen* farinaceum, album. *Embryo* periphericus, lacteus, simplici gyro convolutus: *cotyledones* semicylindræ: *radicula* teres, obtusa, cotyledonibus longior, centripeta.

Herba diffusa, ramosissima, glabriuscula. *Caulis* pentagoni, apicem versus pilosiusculi. *Folia* opposita, elliptico-oblonga, mucronata, petiolata; inferiora utrinque ferè glabra, viridia, margine cartilaginea et obsolete serrulata, pollicem s. sesquipollicem longa, 3 lineas lata; superiora pilosiuscula, margine ciliato-serrulata. *Petioli* breves, canaliculati, margine ciliati. *Flores* conferti, corymboso-paniculati, terminales et axillares. *Pedunculi* multiflori cumque pedicellis glandulosi, basi bracteis linearibus connatis ciliato-glandulosis suffulti. *Calyces* magni, colorati, nitidi. *Corolla* alba minuta.

Ols. Nomen α βραχχus, brevis, et στημων, stamin.

1. *B. calycinum.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.*

SILENE. *Gartn. t. 130. Smith Fl. Britt. 2. p. 465.*

1. *S. indica*, canescens; foliis lanceolatis acutis, floribus solitariis pedunculatis cernuis, calycibus inflatis tomentosis: laciniis dilatatis obtusis margine scariosis, petalis bilobis, coronæ squamis integris, caule adscendente.

Silene indica. Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 34.

Decand. Prod. 1. p. 368.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ☉.

Tota planta pube brevi asperiusculâ canescens. *Folia* sesqui v. bipollicaria. *Flores* solitarii, cernui, purpurei. *Calyces* magnitudine *S. penduli*, inflati, angulati, canescentes.

LINEÆ. *Decand.*

LINUM. *Linn. Gen.* 153. *Juss. Gen.* 303.

1. *L. usitissimum*, 5-gynum; foliis lineari-lanceolatis acutis glabris, floribus corymbosis, foliolis calycinis ovatis mucronatis margine scariosis capsulâ longioribus, caule stricto simplici.

Linum usitissimum. *Linn.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ☉.

2. *L. Cicanobum*, trigynum; foliis elliptico-oblongis acuminatis serratis glabris alternis petiolatis basi acutis, umbellis terminalibus simplicibus multifloris, foliolis calycinis oblongis acutis, caule fruticoso.

Linum Cicanoba. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Florct Decembri. Cicanobu Swa *Nawaris.*

Folia 3—6 pollices longa, sesqui v. biunciam lata, membranacea, glabra. *Umbella* sessilis, multi (20—30-)flora. *Flores* magni, flavi.

3. *L. repens*, trigynum; foliis alternis cuneato-ovatis mucronatis glabris crenulatis, floribus solitariis pedunculosis, foliolis calycinis lanceolatis mucronatis margine denticulatis, caule fruticoso repente.

Linum repens et semitrigynum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Florct Novembri.

Folia pollicaria. *Flores* magni, campanulati, flavi.

HYPERICINÆ. *Juss.*

HYPERICUM. *Linn. Gen.* 392. *Juss. Gen.* 255.

* *Floribus pentagynis, caule fruticoso.*

1. *H. bracteatum*, ramis teretibus, foliis ellipticis acutis coriaceis glabris semiamplexicaulibus, ramulis floriferis confertis infernè foliosis, bracteis ovato-cordatis acutis, foliolis

calycinis ovatis mucronatis, petalis inæquilateri-oblongis obliquè mucronulatis, stylis vix corollâ longioribus.

Hypericum bracteatum et Lungusum. *Hamilton MSS.*

H. cordifolium. *Decand. Prod. 1. p. 545.*

Hab. ad Thankot in Nepaliâ propriâ, et ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich. h.* Floret Aprili ad locum priorem, et Octobri ad posteriorem. Lungusu et Ricanawa Swa *Nawaris.*

Frutex major sive arbuscula (Ham.,) ramosissimus, erectus, foliosus. Flores speciosi, aurei.

2. *H. cernuum*, ramis teretibus, foliis elliptico-oblongis mucronulatis glaucis, pedunculis ternis solitariisve, foliolis calycinis ellipticis acutis, petalis inæquilateri-oblongis obtusis, stylis staminibusque longissimis subæqualibus.

Hypericum cernuum. *Roxb. Hort. Beng. p. 59.*

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. h.* Peoalee *Indigenis.*

Arbuscula speciosa. Rami et ramuli teretes, cortice purpurascente atque rore glauco suffusi. Flores duplò majores H. elato, aurei.

3. *H. patulum*, ramis teretibus, foliis ellipticis obtusis glabris margine reflexis basi attenuatis, pedunculis terminalibus 3—5 unifloris bibracteolatis, foliolis calycinis rotundatis, petalis limbo orbiculatis inæquilateris, stylis apice recurvis staminibus vix longioribus.

Hypericum patulum. *Thumb. Jap. 295. Icon. t. 17. Decand. Prod. 1. p. 545.*

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. h.*

Frutex magnus, erectus, ramosus. Rami teretes, elongati, pedales s. sesquipedales, glabri, purpurascetes. Folia coriacea, glabra, sesqui v. bipollicaria, semiunciam lata. Flores magni, lutei.

Obs. Omnino convenit cum plantâ japonicâ, ut patet specimen siccum authenticum hujus in Herb. Lamb. asservatum.

4. *H. Uralum*, fruticosum, 5-gynum; foliis ellipticis mucronulatis glabris nitidis, floribus terminalibus subcorymbosis, foliolis calycinis ovalibus obtusissimis, petalis limbo orbiculatis, ramis ancipitibus. *Don in Bot. Mag. t. 2375.*

Hypericum Uralum. *Hamilton MSS.*

H. oblongifolium. *Decand. Prod. 1. p. 545.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. h.* Floret Urala Swa *Nawaricè.*

Frutex erectus, ramosus, pedalis v. bipedalis, foliosus. Folia uncialia v. ultra. Flores terminales, 3 v. 5, minores, aurci.

Obs. Species a præcedente diversissima ramis ancipitibus, foliis brevioribus mucronulatis planis, stylis staminibus brevioribus.

** *Floribus trigynis, caule herbaceo.*

5. *H. nervosum*, foliis ovalibus obtusis multinerviis glabris amplexicaulibus basi glandulosis subtùs glaucis, floribus corymboso-paniculatis, foliolis calycinis lanceolatis acutis pectinato-glandulosis, petalis ovalibus margine glandulosis, caule tereti.

Hypericum elodeoides. Decand. Prod. 1. p. 551.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*

¶. Floret Septembri.

Caulis erectus, teres, glaber, palmaris pedalisve, simplex v. ramosus. *Flores* sulphurei.

6. *H. pallens*, foliis elliptico-oblongis obtusis membranaceis nervosis sessilibus glabris, floribus paniculatis, foliolis calycinis lanceolatis acuminatis glandulosis, petalis ovalibus mucronulatis.

H. napaulense. Decand. Prod. 1. p. 553.

Hab. in Nepaliæ alpibus. *Wallich. ¶.*

Præcedenti proxima. *Caules* teretes, spithamæi, glabri, simplices v. ramosi. *Flores* paniculati, sulphurei.

7. *H. japonicum*, foliis ovalibus amplexicaulibus obtusis, pedunculis terminalibus solitariis ternisve unifloris, foliolis calycinis latè ovatis mucronulatis nudis, petalis ovalibus apiculatis calyce vix longioribus, caule decumbente tetragono.

Hypericum japonicum. Thunb. Jap. 295. Icon t. 31. Decand. Prod. 1. p. 549.

H. dichotomum. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ in scaturiginosis prope urbem Katmandu. *Hamilton. ¶. Floret* Maio.

Caules decumbentes, tetragoni, graciles, glabri, sæpiùs divisi. *Rami* erecti, oppositi, elongati, tetragoni, caulibus similes, dichotomi v. simplices, proliferi. *Folia* glabra, lætè viridia. *Flores* parvi, aurci.

Obs. *H. humifusum*, cui maximè affinis, disseruit caulibus filiformibus cæspitosis, foliis brevissimè petiolatis, calycibus obtusis, petalis obtusis calyce longioribus.

COMBRETACEÆ. *Brown.*

COMBRETUM. *Linn. Gen. 189. Juss. Gen. 320.*

1. *C. nanum*, octandrum; spicâ undique versâ, calycibus campanulatis pubescentibus: laciniis ovatis acutis, petalis imberbibus, foliis ovalibus obtusis petiolatis glabris.

Combretum nanum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad pagum Nepaliæ Bassaria dictum. *Hamilton. h.*
Floret Martio.

Frutex pedalis, ramosissimus, rigidus. *Flores* albi.

SALICARIÆ. *Juss.*

AMMANIA. *Linn. Gen. 61. Juss. Gen. 333.*

1. *A. rubra*, foliis oblongis obtusis sessilibus, floribus sessilibus solitariis, ramulis floriferis axillaribus oppositis vix folio longioribus, caule tetragono subsimplici erecto.

Ammania rubra. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.*

Caulis articulatus, 3-4-pollicaris, basi radicante.

- A. rotundifolia*, foliis orbiculatis subsessilibus, ramulis floriferis terminalibus spicatis, caule erecto simplici tereti.

Ammania rotundifolia. Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 11.

Hab. in Nepaliâ (*Hamilton*), in Turraye et Syllhet Bengalîæ orientalis. *Wallich. ☉.*

Caulis hi v. tripollicares, nunc spithamæus.

Obs. Facie Gonocarpi rotundifoliæ *Thunb.* Gonocarpus *Thunb.* (*Gonatocarpus Schreb.*) Salicariis certè pertinet ob ovarium (pro semine describens *Thunbergius*) inferum angulosum intùs semibiloculare, placentâ centrali instructum, ovulis pluribus minutis, calycem (qui omnibus adest) 4-dentatum persistentem, corollam 4-petalam tetrandram monogynam, antheras lineares longas erectas, atque stigma simplex.

MELASTOMACEÆ. *Juss.*

MELASTOMA. *Burm. Linn. Don in Mem. Wern. Soc. 4. p. 286.*

1. *M. normalis*, ramis undique setoso-pilosis, foliis ellipticis acutis 5-nerviis basi rotundatis suprâ hispidè pilosis subtùs et lanuginosis, floribus ternis, calycibus squamulis linearisetaceis ciliatis oavis appressis omninò tectis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. h.*

Obs. *M. malabathricæ* affinis sed abundè distincta.

OSBECKIA. *Linn. Don in Mem. Wern. Soc. 4. p. 292.*

* *Floribus 4-fidis.*

1. *O. angustifolia*, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus acutis obsoletè trinerviis cauleque tetragono pilosis, floribus sessilibus glomeratis bracteatis, calycibus tubo glabris: laciniis ovatis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. 2.*

Caulis strictus, palmaris sesquipedalisve, ramosus. *Rami* elongati, tetragoni, stricti. *Flores* plures, terminales, sessiles, glomerati, 4-fidi. *Lacinia calycinæ* squamâ brevissimâ truncatâ ciliato-setosâ interjectæ. *Antheræ* rostro longo tenuissimo instructæ.

2. *O. rostrata*, foliis lanceolatis acutis sub 5-nerviis basi rotundatis utrinque nudiusculis viridibus, floribus corymbosis, bracteis cordatis, calycibus oblongis squamis setosis numerosis sparsis instructis: laciniis ovato-lanceolatis ciliatis.

Melastoma? *rostrata. Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. 2.* Floret Augusto.

3. *O. ternifolia*, ramis trigonis, foliis ternis lanceolatis acutis trinerviis: marginibus nervisque hispidis, floribus racemoso-paniculatis, bracteis cordatis, calycibus oblongis nudiusculis: laciniis lineari-lanceolatis acutis hispidis.

Osbeckia quaterna. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich. 2.*

Frutex 3-4-pedalis, erectus, ramosus. *Folia* 3-4-pollicaria, brevissimè petiolata: *nervis lateralibus* divisis. *Flores* magni, purpurei, racemoso-paniculati, terminales, 4-fidi. *Calyces* setis crassis teretibus simplicibus apice truncatis sparsi.

Obs. A præcedente differt floribus paniculatis, foliis ternis, calycibus nudiusculis.

4. *O. stellata*, foliis ovato-lanceolatis acutis 5-nerviis petiolatis utrinque hispidè pilosis, floribus corymbosis, calycibus setis ramoso-plumosis stellatis obtectis.

Osbeckia stellata. Don in Bot. Reg. t. 674. Hook. Ex. Fl. t. 37.

Melastoma stellata. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton, Wallich. 2.*

Flores plerumquè quadrifidi.

* * *Floribus 5-fidis.*

5. *O. Chulesis*, foliis ovali-oblongis mucronulatis 5-nerviis basi cordatis utrinque pilosis asperis subtùs canescentibus, floribus corymbosis, calycibus squamis ciliato-setosis sparsis: laciniis ovato-oblongis ciliatis, ramis lepidotis.

Melastoma Chulesis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton, Wallich.*

h. Floret Julio.

Folia 3-pollicaria, pollicem v. sesquipollicem lata. *Flores* magni, dilutè purpurei, primùm squamis latis membranaceis bracteati.

6. *O. speciosa*, foliis lanceolatis acutis trinerviis subsessilibus basi rotundatis utrinque ramisque asperè setosis, floribus corymbosis, calycibus squamis ciliato-setosis sparsis: laciniis ovatis membranaceis ciliatis.

Osbeckia nepalensis. *Hook. Ex. Fl. t. 31.*

Melastoma humilis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.*

h. Floret Julio.

Folia 3-pollicaria, semiunciam lata, aut nunc paulò ultra.

Flores magni, rosei. *Bractea* squamæ plures, latæ, membranaceæ.

ARTHROSTEMMA. *Don in Mem. Wern. Soc. 4. p. 298.*

1. *A. paniculatum*, foliis elliptico-oblongis acuminatis serrulatis coriaceis suprâ nudis subtùs cauleque lanatis, paniculâ amplâ pyramidatâ, floribus cernuis. *Don. l. c. p. 299.*

Rhexia paniculata. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich. h.*

Flores albo-carnei. *Petala* obliquè mucronata. *Anthera* basi processu duplici brevi tumido et appendice lineari dorsali auctæ. *Semina* minutissima, arcuata, scobiformia, utrinque aristata.

ONAGRÆ. *Juss.*

EPILOBIUM. *Linn. Gen. 188. Juss. Gen. 319.*

1. *E. brevifolium*, foliis ovatis acutis serratis utrinque cauleque tereti pubescentibus suprâ lineatis, floribus axillaribus brevè pedicellatis, laciniis calycinis lineari-lanceolatis corollâ brevioribus.

Epilobium montanum Linn? *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore. *Hamilton. v.*

Caulis pedalis et ultrâ, ramosus. *Flores* parvi, lilacini.

2. *E. cylindricum*, foliis lanceolato-linearibus acutis serrulatis petiolatis; inferioribus oppositis, caule tereti pubescente.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. v.*

Caulis sesquipedalis, habitu *E. palustris*. *Flores* parvi, rosei.

BEGONIACEÆ. *Vent.*

BEGONIA. *Linn. Gen.* 547. *Juss. Gen.* 436.

1. *B. Hatacoa*, foliis-inæquilateri-oblongis acuminatis denticulatis basi rotundatis suprâ glabris subtùs cauleque hirsutis, capsulæ alis obtusangulis; unâ majore.

Begonia Hatacoa. Hamilton MSS.

Hab. ad Suambu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Caulis pedalis. *Folia* 5-pollicaria.

2. *B. dioica*, foliis æquilateri-cordato-oblongis acuminatis inæqualitèr dentato-serratis glabris, capsulæ alis acutangulis subæqualibus.

Begonia dioica. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* ♀. Floret Augusto.

Caulis gracilis, vix palmaris.

3. *B. picta*, foliis æquilatèr cordatis acuminatis dentato-serratis utrinque petiolisque pilosis subtùs lacunosis purpureo-maculosis suprâ viridibus papillosis, capsulis densè villosotomentosis: alis æqualibus acutangulis.

Begonia picta. Hamilton MSS. Smith Ex. Bot. t. 101.

Hab. in rupibus ad Suambu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Mungarcachi *Parbuticè.*

Caules erecti, simplices, 4-6-pollicares, subtriflori, vix folia excedentes, paritèr cum totâ plantâ pilosi. *Perianthium* extùs pilosum, magnitudine *B. discoloris*, roseum.

4. *B. palmata*, foliis inæquilateri-cordatis lobato-palmatis subtùs petiolisque hirsutis, scapo trifloro, capsulis pedicellisique villosis: alis obtusangulis; alterâ productiore.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Planta spithamæa, tota fusco-hirsuta.

5. *B. rubella*, foliis subæquilateri-cordatis acuminatis erosè dentatis glabris nitidis, petiolis filiformibus, pedunculis multifloris paniculatis, capsulæ alis acutangulis; unâ productâ.

Begonia rubella. Hamilton MSS.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Caulis pedalis v. sesquipedalis. *Flores* parvi, rubicundi.

6. *B. tenella*, foliis subæqualitèr cordatis acuminatis duplicato-serratis glabris, scapo filiformi subbifloro, capsulæ alis obtusangulis; alterâ productiore.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.
Scapus gracillimus, 3-4-uncialis.

OCHNEACEÆ. *Decand.*

OCHNA. *Linn. Gen.* 266. *Juss. Gen.* 282.

1. *O. pumila*, foliis....floribus terminalibus umbellatis basi squamis numerosis lanceolatis bracteatis, caulibus simplicibus rectis.

Ochna pumila. *Hamilton MSS.*

Hab. in Sylvâ Nepaliæ Terriany dictâ. *Hamilton.* 7.
Floret Martio.

Caules pedales. Folia desiderata.

HESPERIDEÆ. *Vent.*

AURANTIÆ. *Juss.*

LIMONIA. *Linn. Gen.* 213. *Juss. Gen.* 261.

1. *L. retusa*, foliis ellipticis apice obtusis emarginatis basi acutis, petiolis semiteretibus simplicibus, pedunculis subsolitariis unifloris petiolo duplò brevioribus.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* 7.

THEACEÆ. *Decand. Juss.*

CAMELLIA. *Linn. Gen.* 357. *Juss. Gen.* 262.

1. *C. Keina*, foliis ellipticis serrulatis nitidis obtusè acuminatis, floribus sæpiùs tetrapetalis, stylis distinctis sulcatis lanuginosis staminibus subæqualibus.

Camellia Keina. *Hamilton MSS.*

C. Kissi. *Wall. in Asiat. Res.* 13. p. 429. *Decand. Prod.* 1. p. 529.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich.* 7.
Floret Septembri. Kengna incolis.

'THEA. *Linn. Gen.* 269. *Juss. Gen.* 262.

Obs. Genus a præcedente solummodò discrepat calyce basi nudo nec squamoso, et floribus pedunculatis.

1. *T. Bohea*, foliis ellipticis obtusis crenulatis, floribus cernuis solitariis binis.

Thea Bohea. Linn.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀.

Obs. An verè indigena?

TERNSTROEMIA. Mut. Linn. Juss.

CLEYERA. Thunb. Juss. SAURAJA. Willd.

Calyx 5-6-phyllus, coriaceus. *Petala* 5-6, basi sæpiùs coalita.

Stamina numerosa, duplici serie basi petalorum inserta.

Anthera oblongæ, mucronatæ, apice duplici rimâ hiantes, biloculares. *Styli* 2-5, nunc distincti, nunc coaliti. *Stigmata* totidem. *Bacca* exsucca, 2-5-locularis: *loculis* oligospermis. *Semina* papillosa, placentis adnata.

Arbores *foliis alternis, coriaceis integerrimis v. serratis*. Pedunculi *axillares s. terminales, uni v. multiflori*.

1. *T. Lushia*, foliis obovatis ellipticisve integerrimis subvenis ramulisque glabris, pedunculis unifloris axillaribus solitariis quaternisve glabris rectis petiolo duplò longioribus.

Ternstroemia Lushia. Hamilton MSS.

Cleyera Ochnacea β. Decand. in Mem. Soc. Phys. Genèv. 1. p. 413?

Hab. ad Suembu in Nepaliâ superiore (Hamilton), in sirinagur. Kamroop. ♀. Floret Junio. Lushi Indigenis.

2. *T. racemosa*, foliis lanceolatis acuminatis serratis subtùs ramulisque rufescente-tomentosis, racemis multifloris paniculatis longè pedunculatis.

Tonshia polypetala et Dillenia racemosa. Hamilton MSS. *Sauraja napaulensis*. Decand. in Mem. Soc. Phys. Gen. 1. p. 421.

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. Hamilton. Wallich. ♀. Floret Augusto. Tounshi Indigenis.

Folia spithamæa 2-3 uncias lata.

GORDONIA. Linn. Mant. alter. p. 556. Juss. Gen. 275.

1. *G. Chilaunea* foliis ellipticis acuminatis integerrimis venosis subtùs pubescentibus, pedunculis elongatis petiolo vix longioribus, petalis integris.

Gordonia Chilaunea. Hamilton. MSS.

G. Wallichii. Decand. Prod. 1. p. 5.

Hab. in Nepaliâ ad Suembu. Hamilton. Wallich. ♀. Floret Maio. Chilaunc Swa Nawaris.

Folia sæpè palmaria, 3-4 pollices lata.

DILLENIAEAE. *Salisb. Decand.*COLBERTIA. *Salisb. Decand. Syst. 1. p. 435.*DILLENIAE Sp. *Roxb. Willd.*

1. *C. scabrella*, foliis ellipticis acutis setaceo-serratis infernè attenuatis utrinque pilosis, pedunculis 6-7 elongatis glabris, foliolis calycis ovali-rotundatis, petalis orbiculatis, antheris obtusis.

Dillenia scabrella. Roxb. Hort. Beng. p. 43.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

MAGNOLIACEAE *russ. Decand.*MICHELIA. *Linn. Gen. 278. Juss. Gen. 280.*

Obs. Ad hocce genus est necessarium referre Magnolias dubias *Decandollii*, quas olim pro *Lyriodendris* habent auctores.

1. *M. Kisopa*, foliis ellipticis acutis glabris basi obtusis, floribus sessilibus, antheris erectis acutis.

Michelia Kisopa. Hamilton MSS. Decand. Syst. 1. p. 446.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. Hamilton. h. Floret Octobri.

Obs. *M. Champaca*, cui affinis, disseruit foliis acuminatis, floribus pedunculosis duplò minoribus, antheris obtusis.

Arbor vasta, lignum præbens ædibus extruendis bonum. Capsulæ globosæ. Semina 2, arillis baccatis rubris tecta. Flores lutei, iis M. Champacæ dimidio minores, vix odorati. Ham.

2. *M. Dolsopa*, foliis ovali-oblongis brevè acuminatis glabris, floribus sessilibus, petalis ovalibus, antheris mucronatis, stigmatibus revolutis.

Michelia Dolsopa. Hamilton MSS. Decand. b. c. p. 448.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. Hamilton. h. Floret Januario et Februario.

Arbor vasta ligno odorato gaudens, ad ædus ædificandas omnium arborum Nepaliæ optima.

3. *M. macrophylla*, foliis lanceolatis brevè acuminatis undulatis glabris basi attenuatis, floribus terminalibus solitariis sessilibus.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

Arbor sempervirens. Flores albi, magnitudine Magnolia glaucæ. Ovaria 50-60.

TILIACEÆ. *Juss.*

TRIUMFETTA. *Linn. Gen. 239. Juss. Gen. 290.*

1. *T. annua*, foliis ovatis acuminatis trilobis serratisque utrinque villosis.

Triumfetta annua. Linn.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton, Wallich. ☉.

2. *T. oblonga*, foliis ovato-lanceolatis inæqualitèr serratis subtùs lanatis.

Triumfetta oblonga. Wallich in Litt.

Hab. in Nepaliâ. Hamilton, Wallich. ☉.

GREWIA. *Linn. Gen. 469. Juss. Gen. 292.*

1. *G. oppositifolia*, foliis ovatis acuminatis serratis trinerviis subtùs ramulisque tomentosis, pedunculis solitariis trifloris oppositifoliis.

Grewia oppositifolia. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ. h.

2. *G. pumila*, foliis subrotundis obovatisve 5-nerviis serratis ramulisque villosis, pedunculis axillaribus aggregatis trifloris.

Grewia pumila. Hamilton MSS.

Hab. ad Bassaria pagum Nepaliæ. Hamilton. h. Floret Martio.

Frutex sesquipedalis. Flores triplò minores.

SPIREACEÆ. *Juss.*

SPIRÆA. *Linn. Gen. 253. Juss. Gen. 339.*

Obs. Genus quidè m dividendum : ob species habitu dissimiles.

* *Frutices foliis simplicibus.*

1. *S. canescens*, foliis ovalibus obtusis petiolatis integerrimis villosis, corymbis confertis ramulisque tomentosis.

Hab. in Sirinagur. Kamroop. h.

Frutex erectus, ramosus, canescens, facie S. hypericifoliæ.

2. *S. vacciniifolia*, foliis ellipticis acutis glabris subtùs glaucis apice serratis, ramulis hirsutis, cymis terminalibus paucifloris tomentosis.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

Frutex parvus, erectus.

3. *S. bella*, foliis ovatis acutis glabris serratis petiolatis

subtùs glaucis, cymis terminalibus patentibus ramulisque pubescentibus.

Spiræa bella. *Bot. Mag.* t. 2426.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h.

Frutex erectus, ramosus, facie *S. chamædrifoliæ.* *Flores* pulchri, rubri.

* * *Herbæ foliis bipinnatis.*

4. *S. Aruncus* *Linn.*

Hab. in sirinagur. *Kamroop.* ♀.

Obs. Nullo modo differt a plantâ Americanâ, nisi quòd foliola subtùs magis glauca ac villosa, atque panicula magis tomentosa.

GENUS SPIRÆACEIS AFFINE.

NEILLIA.

Calyx monophyllus, campanulatus, liberus: *limbo* erecto, 5-fido: *laciniis* ovatis, apice cuspidatis. *Petala* 5, subrotunda sessilia, fauci calycis inserta. *Stamina* numerosa (20 v. plura) inæqualia, fauci calycinæ duplici serie inserta: *filamenta* glabra: *antheræ* subrotundæ, biloculares, externè rimâ duplici dehiscentes. *Ovarium* simplex, 1-loculare, pluri-ovulatum, calyce inclusum. *Stylus* teres, glaber, staminibus subæqualis. *Stigma* simplex, obtusum. *Capsula* folliculosa, 1-ocularis, interiore latere dehiscentis, polysperma, intra calycem libera, stylo persistente coronata. *Semina* sphærica, nitida, duplici serie ad saturam internam ordinata, adscendentia, basi hemigyrate: *testa* duplex; *exterior* crassa, crustacea, fragilis; *interior* membranacea: *albumen* copiosum, carnosum, sordidè luteum. *Embryo* erectus centralis, majusculus, ochroleucus: *cotyledones* ovales, obtusæ, plano-convexæ: *radicula* crassa, cotyledonibus ter brevior, infera, obtusa. *Plumula* inconspicua.

Frutices incrmes facie Spirææ opulifoliæ. *Folia stipulata, simplicia, alterna, duplicato-serrata, petiolata. Stipulæ caducæ, membranacæ v. foliaceæ, acutæ. Flores racemosi, albi, terminales rariùs laterales.*

Dixi in honorem viri clarissimi, amici optimi Patricii Neill, armigeri, Soc. Linn. Soc. Societatis Wernerianæ Edinensis secretarii, etc. etc. Floræ et Faunæ Scoticæ scrutatoris diligentissimi.

1. *N. thyrsoiflora*, foliis cordato-ovatis trilobisque acuminatis duplicato-serratis, stipulis foliaceis serratis, racemis spicatis in thyrso terminalibus, bracteolis dentatis, calycibus sericeis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. Wallich.* h.

Frutex diffusus, ramosissimus. *Rami* angulosi, villosius-

culi; *juniores* canescentes. *Folia* cordato-ovata, acuminata, duplicato-serrata, triloba, subtùs ad venas cumque petiolis villosa. *Stipulæ* 2, foliaceæ, ovatæ, acuminatæ, dentato-serratæ, subpersistentes. *Racemi* spicati, sericeo-villosi, canescentes, plerumque in thyrso terminales, rarò axillares, solitarii. *Bracteolæ* ovato-lanceolatæ, acutæ, dentatæ, floribus longiores. *Calyces* oblongi, sericeo-canescens, atque glandulis pedicellatis instructi: *laciniæ* ovato-lanceolatæ, cuspidatæ. *Petala* ovalia, parva, laciniis calycinis duplò breviora.

2. *N. rubiflora*, foliis cordatis trilobis acuminatis duplicato-serratis, stipulis integerrimis membranaceis caducis, racemis terminalibus solitariis paucifloris, bracteolis obtusiusculis integerrimis, calycibus tomentosis, petalis subrotundis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ½.

Præcedenti similis. *Flores* ter majores. *Calyces* tomentosi, canescentes; *defflorati* glandulis pedicellatis instructi. *Petala* subrotunda, calycinis laciniis ovatis cuspidatis breviora.

SANGUISORBEÆ. *Juss.*

AGRIMONIA. *Linn. Gen.* 241. *Juss. Gen.* 336.

1. *A. nepalensis*, foliolis ovatis serratis utrinque cauleque erecto villosissimis; impari stipitato, racemis rectis tenuifloris, bracteis trifidis calyce brevioribus, laciniis calycinis lanceolatis acutis carinatis.

Agrimonia repens Linn? *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ¼.

Radix non repens (*Ham.*).

ROSACEÆ.

ROSÆ et POTENTILLÆ. *Juss.*

POTENTILLA. *Linn. Gen.* 265. *Juss. Gen.* 338.

* *Foliis pinnatis, caule fruticoso.*

1. *P. nepalensis*, foliis pinnatis, foliolis quinque ovalibus obtusis suprâ villosis subtùs nudis, segmentis calycinis ovatis, bracteolis 10 subrotundo-ovalibus villosis, caule fruticoso.

Hab. in Gosaiungsthan. *Wallich.* ½.

Caulis fruticosus, erectus, rigidus, ramosissimus, pedalis v. bipedalis, cortice caduco tectus. *Rami* breves, conferti. *Folia* pinnata: *foliis* 5, ovalibus, obtusis, integerrimis, suprâ villosis, subtùs nudis; *junioribus* utrinque sericeo-caulis. *Stipulæ* latè rotundatæ, obtusæ, membranaceæ, concavæ. *Pedunculi* elongati, uniflori, terminales, solitarii, villosissimi, medio bracteolâ unicâ foliolis simili instructi. *Calycis foliola* dissimilia, suprâ villosa; *exteriora* (v. bracteolæ) 10! subrotundo-ovalia, obtusa, æqualia; *interiora* 5, ovata, obtusiuscula. *Petala* orbiculata, integra, aurea, calycem ter excedentia. *Receptaculum* densè villosum.

Obs. *P. fruticosa*, cujus habitum æmulans nostra, discrepat: foliolis lineari-oblongis mucronatis utrinque villosis, bracteolis 5 linearibus, segmentis calycinis ovatis mucronatis, floribus multò minoribus. *P. davurica* distinguitur facilè glabrie foliorum et calycium, necnon foliolis oblongis mucronulatis, bracteolis 5 linearibus.

* *Foliis pinnatis, caule herbaceo.*

- P. splendens*, tota argenteo-sericea; foliis interruptè pinnatis: foliolis ovalibus lineatis serratis, floribus dichotomè corymbosis, segmentis calycinis ovatis acutis, caule erecto subsimplici.

Potentilla splendens. Wallich in Litt.

P. Naspata. Hamilton MSS.

Hab. in Nepalix alpibus. Hamilton, Wallich. ♀.

Planta speciosissima, densè sericeo-villosa, argentea. *Caules* erecti, simpliciusculi, pedales v. sesquipedales, foliosi. *Folia* interruptè pinnata, 5-9-pollicaria, utrinque densè argenteo-sericea: *foliola* ovalia, serrata, suprâ lineata, pollicem v. sesquipollicem longa, semiunciam lata. *Stipulæ* magnæ, ovatæ, serratæ. *Flores* dichotomè corymbosi, parvi. *Segmenta calycina* ovata, acuta, brevia. *Petala* lutea, calyce paulò longiora.

- P. leuconota*, foliis pinnatis: foliolis 15 ovali-oblongis obtusis planis inciso-serratis suprâ viridibus subtùs argenteo-sericeis, pedunculis subumbellatis, segmentis calycis ovatis acutis æqualibus, caule erecto simplici.

Hab. in Gosaingsthan. Wallich. ♀.

Caules palmares, sericeo-villosi. *Flores* aurei. *Petala* obovata, integra, calyce longiora.

- P. peduncularis*, foliis æqualitèr pinnatis: foliolis oblongis contiguis inciso-serratis suprâ villosis subtùs omninò argenteo-sericeis, scapo erecto plurifloro, bracteolis lanceolatis, segmentis calycinis ovatis acutis.

Hab. in Gosaingsthan. Wallich. ♀.

Planta perennis, facie *P. anserinæ*, cæspitosa. *Folia* numerosa, æqualitèr pinnata, petiolata, 4-5-pollicaria: *foliola* elliptico-oblonga v. lanceolata, contigua, inciso-serrata, vix pollicem longa, suprâ laxè villosa, infrâ argenteo-sericea, nitentia. *Stipulæ* adnatæ, latissimæ, membranaceæ. *Scapus* vix foliis longior, erectus, filiformis, undique sericeo-villosus, 3-5-florus, interdùm folio unico ad medium instructus. *Bracteolæ* oblongæ, acutæ, nunc utroque latere dente unicâ instructæ. *Calyces* extûs densè sericeo-villosi, intûs pilosiusculi: *laciniis* ovatis, acutis, brevioribus. *Petalâ* aurea, calyce longiora, limbo orbiculata.

5. *P. micropetala*, foliis radicalibus pinnatis; caulinis ternatis: foliolis obovatis serratis subtûs niveo-tomentosis, floribus dispersis, petalis ovalibus calyce duplò brevioribus. Comarum flavum. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 39.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. 4.*

Radix cæspitosa. *Caules* plures, adscendentes, palmares, angulosi, ramosi, villosi-tomentosi, canescentes. *Folia* radicalia et inferiora noveno-pinnata; superiora ternata: *foliolis* obovatis, serratis, subtûs niveo-tomentosis. *Stipulæ* ovales, obtusæ, membranaceæ, integræ. *Flores* numerosi, dispersi, parvi. *Pedunculi* axillares, uniflori, solitarii aut gemini, foliis breviores, *calycesque* niveo-tomentosi. *Bracteolæ* lineares, acutæ. *Segmenta calycis* ovata, acuta, bracteolis paulò longiora. *Petalâ* ovalia, lutea, integra, calyce duplò breviora. *Receptaculum* villosum.

* * * *Foliis ferè bipinnatis, caule herbacco.*

6. *P. microphylla*, densè cæspitosa, sericeo-villosa; foliis radicalibus linearibus pinnatis: pinnis contiguis digitato-pinnatifidis: segmentis linearibus obtusis, caule pedunculoso unifloro vix foliis longiore, petalis obovatis integris.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. 4.* Bhoogoo Swa Nawaris.

Planta cæspitem valdè compactum formans, in surculis brevissimis foliosis multividua. *Caules* erecti, filiformes, graciles, nudiusculi, 1-flori, rarò biflori, undique villis molliibus sericei, foliis nunc breviores, nunc paulò longiores. *Folia* radicalia, confertissima, circumscriptione linearia, pinnata sequi v. bipollicem longa, sesquilineam lata: *pinnis* sequi, confertis, brevibus, profundè pinnatifidis trifidisve: *segmentis* linearibus, obtusis, subtûs cum *rachibus* densè sericeo-villosis, suprâ nudiusculis. *Bracteolæ* ovali-oblongæ, obtusæ. *Segmenta calycis* ovata, acutiuscula, bracteolas subæquant. *Petalâ* obovato-rotundata, ingra, aurea, calyce duplò longiora. *Receptaculum* villosum.

7. *P. coriandrifolia*, læviuscula; foliis tenuitèr bipinnatis; pinnis altèr pinnatifidis: segmentis angustèr linearibus obsoletèr mucronulatis subtùs pilosiusculis, petalis bilobis, caule assurgente simplici paucifloro.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 4. Silluphaka Swa *Nawaris*.

Planta cæspitem depressum compactum formans. *Radix* crassa, ad collum omninò rudimentis foliorum emarcidorum tecta. *Caules* numerosi, assurgentes, simplices, aut apice ramulosi, teretes, undique pilis decumbentibus supeditati, oligophylli, pauciflori, 3-5-pollicares. *Folia radicalia* conferta, patula, petiolata, bi v. tripollicaria, tenuissimè ac bipinnatèr secta: *pinnis* altèr pinnatifidis: *segmentis* angustèr linearibus, mucronulo sæpiùs obsoleto setulà apiculato terminatis, pilis appressis, præsertim secus medium, instructis; *caulina* multò minora, sessilia, digitato-pinnatifida: *laciniis* longioribus. *Pedunculi* in apice caulis pauci (2-3), terminales, plerumque ex eadem axi ortum ducentes, rarò solitarii filiformes, pilosi, uniflori, unciales v. sesquiuunciales. *Bracteolæ* lineari-oblongæ, obtusiusculæ. *Calyces* subtùs pilosi: *segmentis* ovato-oblongis, acutiusculis, bracteolis multò majoribus. *Petala* obcordata, lutea, apice biloba, calyce duplò longiora, ungue purpurea. *Receptaculum* villosum.

* * * * *Foliis ternatis, caule herbaceo.*

8. *P. atrosanguinea*, sericeo-villosa; foliis ternatis petiolatis: foliolis obovatis inciso-serratis subtùs niveo-tomentosis, segmentis calycinis bracteolisque ellipticis acutis, petalis obcordatis, caule simplici assurgente.

Potentilla atrosanguinea. *Loddiges Bot. Cabin.* 786.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 4.

Caules plures, decumbentes, pedales v. bipedales, simplices, pauciflori, teretes, sericeo-villosi. *Folia omnia* ternata, petiolata: *foliolis* obovatis v. cuneato-oblongis, inciso-serratis, semi v. pollicem longa, suprà sericeo-villosa, subtùs et niveo-tomentosa; *intermedio* brevissimè stipitato. *Stipulæ* ovato-lanceolatæ, acuminatæ, villosæ, subtùs incanæ, integræ v. bifidæ. *Pedunculi* in apice caulis pauci, uniflori, breves, *calycesque* densè canescente-villosi. *Segmenta calycis* elliptica, acuta, bracteolis conformibus longiora. *Petala* atrosanguinea! obcordata, calyce longiora.

* * * * *Foliis quinatis.*

9. *P. formosa*, opaco-virens, pilosa; foliis radicalibus quinatis; caulinis ternatis: foliolis cuneato-oblongis serratis.

stipulis amplis adnatis integerrimis, petalis obcordatis, caule decumbente ramoso.

Potentilla nepalensis. Hook. *Ex. Fl.* t. 88.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. Wallich. ♀.

Planta omnium formosissima. Caules decumbentes, teretes, densè pilosi, supernè assurgentes, ramosi, uno latere purpurascens, sesqui v. bipedales. *Folia radicalia* longè petiolata, quinata, opaco-viridia, subtùs pallidiora, utrinque pilosa, *P. opacæ* similia; *caulina* ternata, brevè petiolata: *foliis* cuneato-oblongis, grossè serratis, 2-3 pollices longis, pollicem latis, rugosis. *Stipulæ* magnæ, foliaceæ, integerrimæ, adnatæ. *Flores* numerosi, magni, purpurei! pulcherrimi. *Segmenta calycina exteriora* elliptica, acuta, pilosa; *interiora* ovata, plurimùm breviora. *Petala* obcordata, calyce duplò longiora.

DUCHESNEA. Smith.

Calyx duplici serie 10-partitus: *foliis exterioribus* maximis, foliaceis, tridentatis, patulis. *Petala* 5. *Receptaculum* magnum, carnosum, baccans.

Herba facie *Fragariæ*, perennis, sarmentosa, latè extensa. *Folia ternata*: *foliis cuneato-ovatis*, intusè viridibus, nitidis, apicem versus grossè crenatis, subtùs sericeis. *Flores axillares, solitarii, pedunculosi, aurci!* Fructus purpureus, insipidus.

1. *D. fragiformis.* Smith.

Fragaria indica. Andrews *Repos.* t. 479.

Hab. in Nepaliæ montosis. Hamilton. ♀.

RUBUS. Linn. Gen. 254. Juss. Gen. 338.

* *Frutices foliis simplicibus.*

1. *R. betulinus*, foliis ovatis cuspidatis glabriusculis inæqualitè serratis basi rotundatis, stipulis minutis glandulæformibus, floribus subracemosis, pedicellis geminis quaternisve calycibusque nudis, ramis teretibus glabris petiolisque parcè aculeatis.

Rubus triflorus. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. Hamilton. ♀. Floret Julio.

Folia omninò *Betula* v. *Carpini.* *Flores* parvi.

2. *R. cordifolius*, foliis cordatis acuminatis serratis planis subtùs ramulisque lanatis parcèque aculeatis, stipulis incisicis, floribus brachiato-paniculatis, segmentis calycinis ovato-lanceolatis acutis tomentosis.

Rubus mollucanus? Wallich in Litt.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. ♀.

Folia ferè integra, nec lobata.

3. *R. rugosus*, foliis cordatis 5-lobis serratis suprâ pustuloso-setosis subtùs villosissimis, petiolis ramulisque densè tomentosis aculeatisque, stipulis pectinatis, floribus subpaniculatis axillaribus terminalibusque, calyce petalis longiore omninò villoso.

Rubus rugosus. Hamilton MSS.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* h. Floret Julio. Fogi Ayshala *Parbuticè.* Cumbuta Shi *Nawaricè.*

Flores albi. Baccæ rubræ. (Ham.)

Obs. In *R. mollucano*, cui affinis, folia suprâ plana nudiuscula, minùs altè lobata, subtùs tomentosa.

* * *Frutices foliis ternatis.*

4. *R. pedunculatus*, foliis ternatis: foliolis ovatis ellipticisve inæqualitèr serratis basi cuneatis subtùs niveo-tomentosis, petiolis ramulisque tomentosis aculeatisque, stipulis linearibus, pedunculis elongatis geminis tornisve, caule inermi lævi.

Rubus biflorus? Hamilton MSS.

Hab. in vicinitate urbis Chitlong Nepaliæ minoris. *Hamilton.* h. Floret Aprili.

5. *R. flavus* foliis ternatis: foliolis ovalibus serratis subtùs tomentosis, petiolis ramulisque tomentosis cumque setis confertis aculeis intermixtis armatis, stipulis lineari-setaceis, floribus glomeratis racemoso-corymbosis.

Rubus flavus. Hamilton MSS.

Hab. ad pagum Hethaura Nepalensium. *Hamilton.* h. Floret Aprili. Toki Swa *Nawaris.*

Baccæ flavæ! Ham.

6. *R. microphyllus*, foliis ternatis quinatisve: foliolis cuneato-obovatis serratis subtùs niveo-tomentosis, pedunculis trifloris petiolisque tomentosis aculeatisque, calycibus inermibus densè tomentosis, bracteolis simplicibus, caule procumbente aculeis recurvis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h.

Obs. Rubo parvifolio affinis, qui differt: foliolis duplò majoribus magis rotundatis ac profundius serratis, pedunculis unifloris, calycibus aculeatis, bracteolis tripartitis, caule erecto.

* * * *Frutices foliis pinnatis.*

7. *R. asper*, foliis septenato-pinnatis: foliolis ellipticis acuminatis argutè serratis viridibus subtùs pilosiusculis, petiolis ramulisque glanduloso-setosis aculeatisque, stipulis lanceolatis cuspidatis, pedunculis terminalibus subternis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* h.

8. *R. pinnatus*, foliolis 7-9 ovato-lanceolatis acuminatis

argutè serratis suprâ nudis viridibus subtùs niveo-tomentosis, petiolis cauleque aculeis aduncis validis sparsis, stipulis linearibus, pedunculis multifloris; terminalibus paniculatis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.

9. *R. micranthus*, foliolis subseptenis ovatis mucronatis duplici-serratis suprâ viridibus nitidis subtùs glaucis, petiolis rachique sparse aculeatis, corymbo paniculato, petalis unguiculatis calyce brevioribus, caule erecto aculeis inflexis.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* 7.

Frutex erectus, ramosus, orgyalis, aculeis subulatis apice inflexis armatus. *Ramuli juniores* nitidi, apice rore glaucescentes. *Stipulæ* lanceolatæ acuminatæ, membranacæ. *Flores* parvi, rubro-purpurei.

* * * * *Herbæ foliis simplicibus.*

10. *R. calycinus*, foliis orbiculato-cordatis crenatis utrinque villosis, stipulis latè ovatis serratis, pedunculis axillaribus unifloris villosis, calycibus aculeatis: segmentis ovalibus foliaceis inciso-dentatis petalis longioribus, caule reptante petiolisque villosis et aculeatis.

Rubus calycinus. *Wallich in Litt.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* 7.

Caules reptantes, villosi. *Calyces* aculeis setosis rigidis subtùs densè instructi. *Petala* obovata, aurea.

ROSA. *Linn. Gen.* 254. *Juss. Gen.* 335.

1. *R. involucrata*, foliolis 9 ovali-oblongis distantibus suprâ nitidis subtùs ramulisque sæpiùs tomentosis, aculeis stipularibus subulatis rectis, stipulis bracteolisque pectinatis, fructibus globosis pedunculisque densè tomentosis, segmentis calycinis ovatis acuminatis.

Rosa involucrata. *Roxb. Hort. Beng.* p. 38. *Fl. Ind. ined. Lindl. Monog.* p. 8.

R. Lyelli. *Lindl. l. c.* p. 12. t. 8.

R. palustris. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* 7.

Folia subtùs interdùm nudiuscula. *Flores* terminales, foliis breviores.

Obs. Inter hanc et *R. Lyelli Lindl.* nullam differentiam invenire potui.

2. *R. macrophylla*, caule aculeis validis rectis, ramulis inermibus, foliolis plerumque novenis ovali-oblongis remotis subtùs tomentosis, stipulis latissimis adnatis, rachi suprâ glandulosâ, segmentis calycinis ex ovali basi longè attenuatis lanatis petalis longioribus, fructibus subrotundis pedunculisque hispidè glandulosis.

Rosa macrophylla. *Lindl. l. c. p. 35. t. 6.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. 7.* Golab *Indigenis.*

Caulis aculeis validis sparsis rectis æqualibus armatus (nec inermis, ut velit Lindley). *Ramuli juniores* inermes, *Folia* sæpè 6 pollices longa. *Petala* nunquam apiculata.

3. *R. sericea*, foliolis ovali-oblongis contiguis apice serratis subtùs sericeis, stipulis adnatis, aculeis stipularibus validis compressis strictis, floribus solitariis foliis brevioribus, fructibus obovatis pedunculisque glabris, petalis calyce longioribus.

Rosa sericea. *Lindl. l. c. p. 105. t. 12.*

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich. 7.*

4. *R. Brunonii*, foliolis 7 ellipticis villosis subtùs ramulisque glandulosis, stipulis adnatis glanduloso-serratis, floribus corymbosis, pedunculis elongatis fructibusque oblongis tomentosis et glandulosis, segmentis calycinis integris pinnatifidisve, aculeis falcatis.

Rosa Brunonii. *Lindl. l. c. p. 120. t. 14.*

R. moschata, β. *EjUSD. in Bot. Reg. t. 829.*

R. pubescens. *Roxb. Hort. Beng. p. 92?*

Hab. in Nepaliæ montosis. *Hamilton. Wallich. 7.*

Obs. *R. moschata* quam maximè affinis est; et ferè eadem species; vix enim discrepat nisi totâ plantâ densè glandulosâ et foliolis magis oblongis. Tamen in hortis sæpè læviuscula evadit. *R. glandulifera Roxb.* nullo modo diversa est à verâ *R. moschata*.

POMACEÆ. *Juss. Richard.*

PYRUS. *Smith.*

PYRUS et SORBUS. *Linn.*

MESPILI et CRATÆGI Sp. *Auctor.*

Calyx 5-fidus. *Petala* 5. *Ovarium* 5-3-loculare: *loculis* biovulatis. *Styli* 5, nunc basi coaliti. *Stigmata* totidem.

Pomum 5-loculare (rarò per abortum biloculare): *loculis* dispermis. *Testa seminis* cartilaginea.

Arbores inermes v. spinosæ. *Folia* sæpiùs indivisa. *Stipulæ* 2, *caducæ.* *Flores* sæpiùs *corymbosi v. cymosi, terminales sive laterales.*

1. *P. Pashia*, foliis ovatis acuminatis serratis longè petiolatis glabris, corymbis simplicibus umbellatis pilosis, segmentis calycinis ovatis cuspidatis, pomis sphaericis punctis elevatis asperatis.

Pyrus Pashia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* Floret Novembri et Martio.

Fructus magnitudine pruni, sapore acerbissimo ad maturitatem. *Hamilton.*

2. *P. Nussia*, foliis ellipticis mucronatis coriaceis glabris crenulatis; junioribus ramulisque subtùs lanuginosis, corymbis terminalibus paniculatis niveo-lanatis, pomis sphaericis.

Pyrus Nussia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad pagum Nilkantha dictum, inter alpes Nepaliæ.

Hamilton. Wallich. ♀. Floret Aprili.

Fructus parvi, magnitudine *P. arbutifoliæ*.

3. *P. crenata*, foliis ovalibus acutis crenatis longè petiolatis suprâ glabris; junioribus ramulisque subtùs niveo-tomentosis, corymbis simplicibus lanuginosis, segmentis calycinis ovatis acutis.

Hab. ad Suembu Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Obs. *P. Pollveria* differt foliis brevioribus latioribusque serratis, nec crenatis, floribus numerosioribus.

4. *P. lanata*, foliis latè ellipticis acuminatis duplici-serratis subtùs ramulisque niveo-lanatis, corymbis terminalibus compositis lanatis, segmentis calycinis ovatis acuminatis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* ♀.

5. *P. integerrima*, foliis ellipticis acuminatis integerrimis coriaceis glabris, paniculâ terminali diffusâ, dentibus calycinis brevissimis pedicellisque nudis.

Pyrus integerrima. *Wallich in Litt.*

Photinia integrifolia. *Lindl. in Linn. Trans.* 13. p. 103.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich.* ♀.

Arbor facie *Cratægi* glabræ *Thunb.* *Ovarium* semper triloculare: *ovulis* in quoque loculo 2, erectis. *Pomum* nunc 3-loculare, sæpius per abortum 2-loculare rarò 1-loculare: *loculis* mono v. dispermis. *Testa* coriacea.

CYDONIA. *Juss. Gen.* 335.

1. *C. Sumboshia*, foliis cordato-ovalibus mucronulatis integerrimis subtùs ramulisque lanatis, stipulis ellipticis acutis glanduloso-serratis, pedunculis solitariis terminalibus tomentosis, segmentis calycinis oblongis, pomis basi attenuatis.

Cydonia Sumboshia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty (*Hamilton*), in Sirinagur.

Kamroop. ♀. Floret Martio. *Sumboshi Swa Nawaricè,*

Bhee Sirinagurensibus.

Obs. Vix a *C. vulgari* distincta.

MESPIIUS. *Juss.*CRATÆGUS. *Linn.*

Calyx 5-fidus. *Petala* 5. *Styli* 2. v. 5. *Stigmata* totidem, *Ovarium* semper 5-loculare: *ovulis* solitariis. *Pomum* 5-loculare, 5-permum, sæpè per abortum 2-loculare, 2-4-spermum. *Testa seminis* ossea v. crustacea.

Arbores v. frutices. *Folia simplicia, aut rariùs pinnatifida. Flores corymbosi v. paniculati, terminales, aut axillares subsolitarii.*

Obs. in *Rhaphiolepidi Lindl.* ovarium semper biloculare videtur; et ideò fortè ut genus distinctum habenda sit.

1. *M. affinis*, inermis; foliis ovalibus mucronulatis integerrimis basi attenuatis subtùs eumque petiolis floribusque densè lanatis, pedunculis lateralibus corymbosis multifloris bis dichotomis.

Mespilus integerrima. Hamilton MSS.

Cotoneaster affinis. Lindl. in Linn. Trans. 13. p. 101.

Hab. circa Chitlong oppidum Lahuri s. Nepaliz minoris. *Hamilton. h. Floret* Aprili.

Obs. *M. cotoneaster*, cui valdè affinis, discrepat: foliis brevioribus basi rotundatis nec attenuatis, cymis simplicibus paucifloris nudiusculis. In utraque testa seminis crustacea.

2. *M. crenulata*, spinosa; foliis ovali-oblongis crenulatis glabris nitidis apice retusis mucronulatisque, pedunculis lateralibus aggregatis elongatis nui v. plurifloris.

Cratægus crenulata. Roxb. MSS. Lindl. in Linn. Trans. 13. p. 106.

Hab. in Nepaliâ. *Wallich. h.*

Affinis *C. Pyricanthæ. Styli* glabri. *Ovarium* 5-loculare: *ovulis* solitariis. *Testa seminis* crustacea.

3. *M. tinctoria*, inermis; foliis lanceolatis acutis coriaceis glabris supernè serratis infernè integerrimis attenuatis, racemo composito terminali tomentoso, bracteolis linearibus pedicello longioribus.

Mespilus bengalensis. Roxb. MSS.

Cratægus? Shicola. Hamilton MSS.

Photinia dubia. Lindl. in Linn. Trans. 13. p. 104. t. 10.

Hab. ad Narainhetty Nepaliz. *Hamilton. h. Floret* Novembri. *Shicola Bu Nawaricè.*

Folia 5 pollices longa, sesquiunciam lata. *Ovarium* biloculare: *ovulis* geminis. *Pomum* per abortum 1-loculare, dispermum, hinc *Rhaphiolepidi* proxima.

Obs. Cortex hujus arboris gossipium colore rubro tingit (*Ham.*)

4. *M. Cuila*, foliis elliptico-oblongis acutis coriaceis subser-

ratis suprâ nudis subtùs tomento deciduo instructis: basi rotundatâ, thyrso terminali composito fulvo-lanato, laciniis calycinis oblongis, stylis quinque pilosis.

Mespilus Cuila. *Hamilton MSS.*

Eriobotrya elliptica. *Lindl. in Linn. Trans. 13. p. 102.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Februario.

Arbor magna. *Folia* spithamæa v. sæpè pedalia, 3-5 pollices lata.

Obs. *M. japonica* differt foliis dentato-serratis infernè attenuatis subtùs tomento persistente instructis, laciniis calycinis brevibus rotundatis,

AMYDALINÆ. *Juss.*

PRUNUS. *Linn. Gen. 249. Juss. Gen. 341.*

1. *P. undulata*, foliis ellipticis acuminatis coriaceis glabris integerrimis margine crispato-undulatis, petiolis eglandulosis, racemis ternis solitariisve multifloris glabris folio brevioribus.

Prunus undulata. *Hamilton MSS.*

P. capricida. *Wallich in Litt.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton. Wallich.* ♀. Floret Novembri.

Arbor inermis, sempervirens.

2. *P. Cerasoides*, foliis elliptico-oblongis acuminatis duplici-serratis subtùs pilosis, stipulis pectinatis glanduliferis, petiolis 5-glandulosis, umbellis subsessilibus paucifloris.

Cerasus Phoshia. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Arbor statura et facie *P. Cerasi.* *Flores* albo-rosei.

LEGUMINOSÆ. *Juss.*

Fam. I. PAPILIONACEÆ.

THERMOPSIS. *Brown in Hort. Kew. II. 3. p. 3.*

PODALYRIÆ Sp. *Linn.*

1. *T. laburnifolia*, foliis ternatis: foliolis elliptico-oblongis acutis subsericeis, stipulis coadunatis caducis oppositi-

foliis, racemo paucifloro, staminibus deciduis, caule fruticoso.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. ♀. *Burkallon incolis*.

Frutex erectus ramosus, orgyalis. *Rami* teretiusculi, sericei, crassitie calami scriptorii. *Folia* alterna, ternata, petiolata, mollia, viridia, utrinque parùm sericea: *foliis* elliptico-oblongis, acutis, 2-5-pollicaribus, pollicem ad bipollicem latis; *junioribus* conduplicatis, magis sericeis. *Petioli* unciales, sericei, suprâ canaliculati, subtùs convexi, crassitudine pennæ corvinæ. *Stipulæ* magnæ, orbiculato-cordatæ, monophyllæ (coadunatæ), caducæ oppositifoliæ, integerrimæ, undulatæ, apice bicuspidatæ. *Racemi* rari, oppositifolii, pauciflori. *Pedunculi* terni, uniflori, flexuosi, sericci. *Flores* magni, sulphurei. *Calyx* campanulatus, bilabiatus; *labio inferiore* trifido laciniâ mediâ reflexâ; *superiore* bilobo laciniis coalitis. *Corolla* papilionacea: *vexillum* amplum, obcordatum, reflexum; *alæ* cuneatæ, basi semicordatæ, carinæ cucullatæ acumhentes, æquales. *Stamina* 10, libera, subæqualia, decidua. *Stigma* punctum minutum. *Legumen* latè lineare, 5-pollicare, compressum, 6 spermum, stipitatum.

Obs. Frutex pulcher, cujus descriptio ut plurimum ad vivam facta est, quam videre licuit mihi, æstate præteritâ, in horto amici clarissimi P. Neill arm. prope Edinburgum.

A. Thermopsi certè staminibus deciduis, habitu fruticoso, et stipulis caducis coadunatis recedit, hinc dubito an genus proprium constituere.

DOLICHOS. *Linn. Gen.* 372. *Juss. Gen.* 356.

- D. frutescens*, foliolis rhombeo-ovatis mucronatis glabris, racemis axillaribus compositis folio longioribus, dentibus calycinis rotundatis pedicellisque sericeis, carinâ vexillum æquante.

Dolichos frutescens. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Caulis fruticosus, erectiusculus (*Ham.*). *Foliola* ampla.

Flores ochroleuci.

PAROCHETUS. *Hamilton MSS.*

Calyx 4-fidus, nudus. *Corolla* papilionacea: *vexillo* incumbente, bilobo: *carinâ* obtusâ, alis tectâ. *Stamina* diadelpia. *Stylus* lævis. *Stigma* obtusum. *Legumen* gibbosum, polyspermum. *Semina* subrotunda.

Herbæ perennes, reptantes. *Folia* ternata, longè petiolata. *Stipulæ* membranacæ. *Flores* axillares, solitarii, longè pedunculati, speciosi, purpurei.

- P. communis*, foliolis truncatis dentato-serratis.

Parochetus communis. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

2. *P. major*, foliolis obovatis retusis crenatis.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Obs. Præcedente duplò major, et *Oxalidis* habitu.

CROTOLARIA. *Linn. Gen.* 370. *Juss. Gen.* 354.

* *Foliis Simplicibus.*

1. *C. anthylloides*, foliis lanceolatis subsessilibus mucronatis subtùs cauleque pilosis, stipulis bracteolisque obsolete, spicâ terminali, calycibus ferrugineo-hirsutissimis corollas et legumina includentibus, caule erecto ramoso.

Crotolaria anthylloides. *Lam. Encycl.* 2. p. 195.

C. stricta. *Roxb. Hort. Beng.* p. 54.

C. salicifolia. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton,* ☉. Floret Octobri.

Radix fibrosa. *Caulis* pedalis, erectus, ramosus, teres, pilis adpersus. *Rami* elongati, stricti. *Folia* 2-3-pollicaria.

2. *C. linifolia*, foliis lineari-oblongis obtusis mucronulatis subsessilibus subtùs cauleque pilosis, racemis terminalibus secundis, stipulis bracteolisque perexiguis, laciniis calycinis lanceolatis sericeis.

Crotolaria linifolia. *Linn.*

C. pilosa. *Roxb. MSS.*

Hab. in Nepaliâ circa Narainhetty et Bassariæ pagum. *Hamilton.* ☉. Floret Septembri et Martio.

Caules simplices v. ramosi.

3. *C. prostrata*, foliis subrotundis utrinque cauleque pilosis, stipulis linearibus, racemis paucifloris, bracteolis brevissimis, laciniis calycinis lineari-lanceolatis acutis hirsutis, caule ramoso prostrato.

Crotolaria prostrata. *Roxb. Hort. Beng.* p. 54.

C. ciliata. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

4. *C. tuberosa*, foliis lanceolatis acutis subtùs tomentosis margine reflexis, floribus axillaribus subsessilibus, leguminibus compressis pilosissimis obliquè mucronatis, caule decumbente.

Crotolaria tuberosa. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ superioris. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Planta suffruticosa, spithamæa, pilis ferrugineis densè vestita.

5. *C. alata*, foliis ovalibus retusis brevè petiolatis utrinque cauleque asperè tomentosis, racemis paucifloris, bracteolis

ovatis acutis stipitatis, caule frutescente ramisque foliaceo-
alato.

Crotolaria alata. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng. p. 98.*

Hab. ad Suembu Nepaliæ. *Hamilton. h. Floret Julio.*

Radix lignosa. *Caulis* adscendens. *Legumen* pedicellatum,
nudum, turgidum, polyspermum. (*Ham.*)

* * *Foliis ternatis.*

6. *C. psoraloides*, foliolis ellipticis acuminatis basi acutis
subtùs pubescentibus, stipulis subulatis exiguis, racemis
oppositifoliis, carinâ rostratâ, leguminibus ellipticis tomen-
tosis.

Crotolaria cytisoides. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng.*
p. 54. (nec aliorum.)

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. h. Floret*
Augusto.

Frutex ramosus, *Psoralicæ* facie. *Legumen* acinaciforme,
planum, pilosum, pedicellatum, pendulum. *Semina* 3-6,
reniformia.

7. *C. macrostyla*, foliolis obovatis retusis coriaceis mucronu-
latis subtùs ramulisque sericeo-villosis, racemis axillaribus,
leguminibus ovatis compressis monospermis villosissimis,
stylo longissimo plumoso.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. h.*

Calyx bilabiatus; *labio inferiore* trifido; *superiore* apice
bidentato. *Corolla* papilionacea. *Stamina* diadelphica. *Sty-*
lus longissimus, plumosus, persistens, apice tenuiore in-
curvato nudo. *Stigma* minutissimum.

FLEMINGIA. *Roxb. Corom.*

MILLINGTONIA. *Roxb. MSS.*

Calyx 5-partitus; *lacinia* 4 superiores vexillo striato incur-
bentes; *inferiore* recurvatâ, corollâ longiore. *Carina*
cucullata, obtusa, alis plurimum longior. *Stamina* dia-
delphica. *Stigma* punctum barbatum. *Legumen* ovatum,
sessile, turgidum, mucronatum, dispermum. *Semina*
sphærica, polita.

Frutices rariùs herbæ. *Folia ternata.* *Petoli alati, apice*
articulati. *Stipulae magnæ, caducæ.* *Racemi axillares,*
spicati, bracteis imbricati.

1. *F. semialata*, foliolis ellipticis acutis trinerviis subtùs ramu-
lisque sericeis, spicis ramosis, bracteis ovatis mucronatis,
villosis, stipulis internodio ter brevioribus.

Flemingia semialata. *Roxb. Corom. 3. t. 249. Hort. Beng.*
p. 56.

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton. h.*

HEDYSARUM. *Linn. Gen.* 382. *Juss. Gen.* 362.

Obs. Genus minimè naturale.

* *Frutices foliis ternatis, calycibus 5-dentatis.*

1. *H. sambuense*, foliolis subrotundo-ovalibus mucronulatis villosis subtùs canescentibus, stipulis lanceolatis mucronatis, racemis secundis, dentibus calycinis ovatis acutis; superiore latiore emarginato.

Hedysarum suembum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. *Hamilton.* ♀
Floret Julio.

Flores carnei. *Legumen* 5-articulatum.

2. *H. arboreum*, foliolis ovalibus retusis ramulisque hirsutissimis, stipulis cordato-amplexicaulibus cuspidatis, racemis elongatis densè setoso-pilosis ebracteatis, laciniis calycinis lanceolatis plumosis, leguminibus 3-spermis intra calycem conduplicatis.

Hedysarum arboreum. *Hamilton MSS.*

Erythrina arborescens. *Roxb. Hort. Beng.* p. 53?

Hab. in Nepaliâ. *Hamilton.* ♀.

Arbor magnitudine *Erythrinæ* (*Ham.*) *Foliola* 2-4-pollicaria. *Racemi* 6-7-pollicares, undique versi. *Bracteæ* nullæ. *Carina* apice truncata. *Legumen* 3-spermum, intra calycem conduplicatum (*Ham.*)

3. *H. tenellum*, caule procumbente ramosissimo folioso, foliolis cordato-ovalibus mucronulatis subtùs pilosiusculis, floribus paniculatis, pedicellis capillaribus divergentibus, laciniis calycinis lanceolatis aristatis.

Hedysarum tenellum. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* ♀. Floret Octobri.

Frutex gracilis, procumbens, ramosissimus, sesquipedalis, densè foliosus. *Foliola* parvula, bilinearia. *Flores* parvi, purpurei. *Carina* acuta. *Legumen* 3-4-articulatum.

* * *Frutices foliis ternatis, calycibus 4-dentatis.*

4. *H. retusum*, foliolis oblongis retusis mucronulatis villosis subtùs canescentibus, stipulis lanceolatis acuminatis, racemis multifloris, bracteis ovatis mucronatis villosis imbricatis, dentibus calycinis ovatis cuspidatis, carinâ apice truncatâ.

Hedysarum retusum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton.* ♀. Floret Septembri.

Foliola sesqui v. bipollicaria, semiunciam v. ultrâ lata.

5. *H. floribundum*, foliis ovatis mucronatis ramulisque piloso-tomentosis, stipulis lanceolatis falcatis, racemis multifloris, pedicellis capillaribus aggregatis, laciniis calycinis ovatis acutis; superiore emarginato latiore.

Hab. in Gosaingsthan Nepalensium. *Wallich.* η . Floret Octobri. Juljullah Swa *Nawaris*.

Flores rubicundi.

6. *H. tiliæfolium*, foliis subrotundo-ovatis acuminatis pubescentibus, racemis terminalibus paniculatis, calycibus obtusis obsolete 4-lobis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop.* η .

Foliola 3-4-pollicaria.

7. *H. dioicum*, foliis ovalibus obtusis coriaceis subtus glaucis pilosisque, stipulis ovatis acutis, racemis multifloris bracteis ovatis acutis ciliatis imbricatis, dentibus calycinis ovatis acutis.

Hedysarum dioicum. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. η . Floret Septembri.

Frutex 3-pedalis. *Foliola* 3-4 pollices longa, ferè 2 lata.

Flores dioici, axillares. *Calyx* 4-fidus, subæqualis. *Vexillum* obovatum, alis falcatis brevius. *Carina* concava, apice mucronata. *Stamina* 10, monadelphia. *Stylus* inferè barbatus. *Stigma* minutum. *Legumen* 3-articulatum, 3-spermum.

INDIGOFERA. *Linn. Gen.* 383. *Juss. Gen.* 369.

* *Foliis pinnatis.*

1. *I. atropurpurea*, foliis multi-(7—10)-jugis: foliolis ovalibus retusis pilosiusculis mucronulatis, stipulis obsolete, spicis elongatis, dentibus calycinis brevissimis sericeis, leguminibus strictis mucronatis.

Indigofera atropurpurea. *Hamilton MSS.* *Roxb. Hort. Beng.* p. 57.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton.* η . Floret Februario.

Isibu et Mitsoshi Nawaris.

Frutex orgyalis, facie *Amorphæ fruticosæ.* *Flores* speciosi, atropurpurei.

2. *I. Dosua*, foliis multi-(10—16)-jugis: foliolis ovalibus retusis mucronulatis utrinque ramulisque dense rufescentepilosis, spicis axillaribus folio brevioribus, bracteis stipulisque linearibus hispidis, dentibus calycinis ovatis acutis.

Indigofera Dosua. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Suembu. *Hamilton.* η . Floret Julio. Dosi Swa *Nawaris.*

* * *Foliis ternatis.*

3. *I. trifoliata*, foliolis ovali-oblongis mucronulatis pilosis, floribus axillaribus subsessilibus glomeratis, calycibus pilosis 5-partitis: laciniis setaceis, caule herbaceo assurgente, leguminibus obsoletè tetragonis pendulis.

Indigofera trifoliata. *Linn.*

Hab. ad Suembu. *Hamilton.* ♀. Floret Julio.

Caules spithamæi. *Flores* parvi.

ASTRAGALUS. *Decand. Astr. p. 29.*

ASTRAGALI Sp. *Linn. Juss.*

1. *A. nubigenus*, acaulis; foliis multijugis densè pilosis: foliolis ovalibus mucronulatis, floribus solitariis subsessilibus, calycibus inflatis basi saccatis, leguminibus teretiusculis strictis villosissimis.

Hab. in Gosaingsthan Nepalsium. *Wallich.* ♀. Floret Augusto.

Planta acaulis, condensata, depressa, rachibus persistentibus foliorum crebrè instructa. *Radix* longa, sublignosa, crassitie ferè digiti minoris, corticata, fusca. *Folia* multijuga, pilis patulis densè vestita: *foliola* crebra, ovalia, opposita, sessilia, obtusè mucronulata, margine revoluta. *Pedunculi* brevissimi, solitarii, uniflori, terminales, foliis breviores, villosi. *Calyces* oblongi, inflati, densè pilosi, basi saccati: *dentibus* subæqualibus, triangulari-ovatis, acuminatis. *Corolla* magna, aurea: *vexillum* latum, erectum, emarginatum, dorso pilosum: *carina* alis brevior, truncata. *Legumen* subteres, strictum, acuminatum, villosissimum.

2. *A. macrorhizus*, caulescens; foliolis ovalibus alternis stipitatis mucronulatis subtùs pubescentibus, stipulis connatis, pedunculis axillaribus subtrifloris foliis duplò longioribus, leguminibus subulatis sericeis.

Hab. in Gosaingsthan. *Wallich.* ♀.

Radix longissima, crassa, sublignosa, fusca, supernè multidivisa. *Caules* numerosi, palmares, simplices, prostrati, pilis raris adpressis. *Folia* 8—10-juga: *foliola* ovalia, brevè stipitata, mucronulata, subtùs pubescentia, *juniora* sericea. *Stipulae* ovatae, acuminatae, connatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, nudi, subtriflori, foliis duplò longiores. *Calyces* campanulati, pilis adpressis vestiti, basi simplici: *dentibus* triangulari-ovatis, acuminatis. *Corolla* purpurea: *vexillum* latum, erectum, integerrimum, dorso læve: *carina* obtusa, alis longior. *Legumen* subulatum, sericeum.

3. *A. stipulatus*, foliis multijugis ovali-oblongis obovatisve mucronulatis glabris, stipulis maximis foliaceis, spicis tenuifloris, leguminibus compressis glabris stipitatis cernuis. *Don in Bot. Mag.* 2380.

Astragalus lanceolatus. *Hamilton MSS.*

Coronilla? stipulata. *Ejusd.*

Hab. in Nepaliâ superiore ad Gorasan. *Hamilton.* 7. Floret Martio.

Radix perennis. *Caules* herbacei, erecti, teretes, glabri, striati, 2—3-pedales. *Folia* remota, pinnata, 5—8 pollices longa: *foliola* distantia, in jugis 8—16, opposita, ovali-oblonga v. obovata, petiolulata, 5—6 lineas longa, 2—3 lata, integerrima, utrinque viridia, glabra, mucronulata; *impari* longiùs stipitato. *Stipulæ* maximæ, foliaceæ, latè ellipticæ, basi obliquè cordatæ, interdùm 3 pollices longæ et sesquiunciam latæ. *Petioli* cum *rachibus* teretiusculi, glabri, suprâ planiusculi et parùm canaliculati. *Spicæ* axillares, multifloræ, foliis sæpè longiores: *pedunculo* stricto, lævi, cylindrico. *Flores* sparsi, brevissimè pedicellati, primò erecti, dein cernui. *Bracteæ* exiguæ, lineares, membranaceæ, acutæ, calycibus breviores. *Calyx* tubulatus, lævis, 5-dentatus; *dentes superiores* 2 ovati, acuti; 3 *inferiores* lanceolati, mucronati, longiores. *Corolla* viridi-alba, rubro tincta: *vexillum* oblongum, reflexum, obtusum, levitè emarginatum, basin versus angustatum: *alæ* stipitatæ, in laminam oblongo-lanceolatam mucronulatam dilatatæ, basi uno latere auriculatæ: *carina* cucullata, obtusa, alis brevior, biauriculata, stipitata. *Legumen* biloculare, 8—12-spernum, oblongum, compressum, mucronatum, glabrum, cernuum, basi stipitatum. *Don in l. c.*

ASPALATHUS. *Linn. Gen.* 369. *Juss. Gen.* 353.

1. *A. cuneata*, foliis ternatis subtùs sericeis: foliolis cuneato-oblongis retusis mucronulatis, floribus axillaribus solitariis, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis corollam æquantibus, leguminibus orbiculatis mucronulatis monospermis.

Anthyllis cuneata. *Hamilton MSS.*

Hab. ad Narainhetty Nepalensium. *Hamilton.* 17. Floret Octobri.

Obs. In Japoniâ etiam obvia.

MANNA.

HEDYSARI Sp. *Auctor.*

Calyx campanulatus, 5-dentatus, æqualis. *Vexillum* latum, membranans. *Carina* vexillo brevior, alis subæqualis, apice

rotundata. *Stamina* diadelpa. *Legumen* uniloculare, torosum, oligospermum.

Frutices *humiles, ramosissimi, spinosi*. Folia *simplicia, integerrima*. Stipulæ *minutæ, persistentes*. Spinæ (*ramuli abortientes*) *axillares, solitariae, floriferae*. Flores *spinis superioribus adati, plures, pedicellati, rubri, spicæ instar dispositi*.

Obs. Huc referenda sunt Hedysarum Alhagi L., quod Manna hebraica Nob. et Hedysarum Pseudo-Alhagi Marsch. à Bieb., quod Manna caspica Nob. Prior resinam melleam præbet, quæ hodie ab Arabis deserti Sinai montis Maun appellata. In altero loco de hac re agemus.

M. nepalensis, fruticosa; foliis obovatis mucronulatis aveniis utrinque argenteo-sericeis, calycibus pedicellis longioribus: dentibus acutis.

Genista Juasi. *Hamilton MSS.*

Hab. in Nepaliâ prope Sitaucund. *Hamilton*. ♀. Floret Aprili.

Caulis sesqui v. bipedâlis.

CASSIA. *Lim. Gen.* 206. *Juss. Gen.* 346.

1. *C. dimidiata*, foliis multi-(30)-jugis uniglandulosis: foliolis linearibus mucronulatis ciliatis, stipulis lanceolatis nervosis, pedicellis axillaribus geminis unifloris, segmentis calycinis lineari-lanceolatis acuminatis, leguminibus linearibus compressis hirsutis.

Cassia dimidiata. *Hamilton MSS. Roxb. Hort. Beng.* p. 32.

Hab. ad Narainhetty Nepaliæ. *Hamilton*. ♀. Floret Julio.

Frutex erectus, ramosus. *Rami* dichotomi, pubescentes. *Flores* aurci, bibracteolati. *Legumen* lineare, compressum, mucronatum, pilosum, polyspermum, bipollicare.

ACACIA. *Willd. Sp. Pl.* 4. p. 1049.

1. *A. arrophula*, foliis bipinnatis; partialibus multijugis; propriis numerosis contiguis inæquilateri-linearibus obtusis rachibusque ciliatis, petiolis medio glandulâ latâ depressâ instructis ramisque aculeis recurvis armatis, paniculâ terminali, capitulis globosis solitariis quinise pedunculosis.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop*. ♀. *Arroophul incolis*.

TEREBINTACEÆ. *Brown.*TEREBINTACEAR. *Pars. Juss.*RHUS. *Linn. Gen. 146. Juss. Gen. 369.** *Foliis pinnatis.*

1. *Rhus Amela*, dioicum; foliolis sub 6-jugis ellipticis acuminatis serratis subæqualibus sessilibus subtus ramulisque cinereo-tomentosis; impari longè stipitato, rachi angustè alata, paniculâ terminali diffusâ.

Rhus Bucki-amelam. Roxb. Hort. Beng. p. 22.

R. semialatum et japonicum Linn? Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. Hamilton. h. Floret Augusto. Sucachun Nawaris.

Arbor magna. Folia ampla, pedalia v. bipedalia, supra lævia, subtus densè tomentosa: foliola subæqualia, sessilia, basi sæpiùs obtusa, 4 pollices v. palmam longa, serrata, acuminata. Panicula magna, ramosissima, pyramidata, tomentosa. Baccæ sericæ.

2. *R. juglandifolium*, foliolis 5-jugis ellipticis acutis integerimis utrinque tomentosis subæqualibus sessilibus, rachi simplici, paniculâ terminali ramosâ.

Rhus juglandifolium. Wallich in Litt.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

Arbor magna. Folia ampla, pedalia, tomentosa.

3. *R. fraxinifolium*, hermaphroditum; foliolis 7-jugis lanceolatis acuminatis serratis glabris lucidis basi obliquis, rachi teretiussculâ simplici, paniculâ ramosissimâ villosâ.

Hab. in Nepaliâ. Wallich. h.

Arbor magna. Folia ferè Fraxini, sæpiùs bipedalia.

SIMABA. *Juss. Gen. 373.*

1. *S. quassioides*, foliis impari-pinnatis 4-jugis: foliolis elliptico-oblongis acuminatis serratis, corymbis trichotomis, floribus pentandris.

Nima quassioides. Hamilton MSS.

Hab. in convalli Nepaliæ propriæ, ad oppidum Thankot. Hamilton. h. Floret Aprili.

Flores corymboso-paniculati. Calyx 5-partitus, persistens.

Petala 5, ovali-oblonga, disco crasso inserta, laciniis calycinis alterna. Stamina 5, petalis alterna. Filamenta basi dilatata. Ovaria 5, coalita, pilosa, disco crasso imposta. Styli 5, coalita, supernè distincti, revoluti. Stigmata totidem, distincta, revoluta. Capsulæ 5, v. per abortum 3—2, subrotundæ, monospermæ. Embryo magnus, albumine destitutus.

ACERINÆ. *Juss.*ACER. *Linn. Gen. 546. Juss. Gen. 251.*

1. *A. acuminatum*, foliis cordatis 3—5-lobis glabris: lobis duplicato-serratis longè acuminatis, corymbis paucifloris erectis subracemosis folio brevioribus, pedicellis suboppositis elongatis glabris.

Acer acuminatum. Wallich in Litt.

Hab. in Sirinagur. *Kamroop. h. Khaunsing Incolis.*

2. *A. laurifolium*, foliis lanceolatis acuminatis integerrimis coriaceis glabris basi rotundatis subtùs glaucis, corymbis compositis multifloris, capsularum alis brevibus apice rotundatis.

Acer oblongum. Wallich in Litt. Decand. Prod. 1. p. 593.

A. Buzimpala. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. Wallich. h. Floret* Februario. *Moogila et Buzimpala Incolis.*

DOBINEA. *Hamilton MSS.*

Flores monoici. *Masc. Calyx* 1-phyllus, campanulatus, 4-denticulatus. *Stamina* 8, in columnam circa stylum sterilem connata; 4 *exteriora* longiora, dentibus calycinis opposita; 4 *breviora* petalis opposita. *Petala* 4, oblonga, unguiculata, calycinis dentibus alterna. *Fœm. Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Ovarium* 1-spermum, pedicello demùm in membranam foliaceam obcordatam reticulato-venosam evadente. *Stylus* 1, apice revolutus. *Stigma* obtusum. *Capsula* compressa, margine alata, 1-locularis, 1-sperma, medio pedicelli foliacei insidens. *Semen* ovali-compressum: *testa* simplex, membranacea, diaphana: *albumen* nullum. *Embryo* cavitati seminis conformis, aureus. *Cotyledones* accumbentes, ovales, obtusæ, planæ, subsoliaceæ: *radicula* crassa, compressiuscula, obtusa, reflexa, centrifuga, cotyledonibus duplò brevior. *Plumula* inconspicua.

Frutex ramosus. Rami teretes, pubescentes. *Folia* opposita, petiolata, elliptico-oblonga, acutè serrata, utrinque pilosiuscula, apice acuminata ac integerrima, 4—6-pollicaria, sesqui v. bipollicem lata. *Flores* minuti, laxè paniculati, terminales: pedunculis pilosis; fœm. pedicellis foliaceis coloratis.

D. vulgaris. Hamilton MSS.

Hab. in Nepaliâ ad Narainhetty. *Hamilton. h. Floret* Augusto.

INDEX

GENERUM ALPHABETICUS.

	Page		Page
Acacia	247	Carex	42
Acer	249	Cassia	247
Acianthus	28	Caucalis	183
Acilepis	169	Celastrus	190
Aconitum	196	Celosia	76
Acorus	20	Centaurea	167
Adenostemma	181	Centranthera	87
Adiantum	16	Cerastium	216
Ærides	31	Chaptalia	165
Agrimonia	229	Chara	19
Ajuga	108	Cheilanthes	16
Alisma	22	Chenopodium	75
Allium	53	Cherleria	214
Alnus	58	Chirita	89
Alstonia	131	Chrysosplenium	210
Alternanthera	76	Cinnamomum	60
Amaranthus	75	Cladostachys	76
Ammania	220	Clematis	191
Andromeda	148	Clerodendrum	102
Androsace	81	Cnicus	166
Aneilema	45	Coccoloba	74
Anemone	193	Colbertia	226
Antennaria	174	Colebrookia	104
Ardisia	148	Combretum	219
Arenaria	215	Commelina	44
Artemisia	181	Compsoa	50
Arthrostemma	222	Convallaria	46
Aspalathus	246	Conyza	176
Asparagus	40	Cornus	140
Aspidium	3	Corydalis	198
Asplenium	7	Crepis	164
Aster	177	Crotalaria	241
Astilbe	210	Cuncea	135
Astragalus	245	Cunila	107
Athamanta	184	Cupressus	55
Ballota	111	Cuscuta	90
Barleria	119	Cyanotis	46
Bassia	146	Cybanthera	87
Begonia	223	Cydonia	237
Berberis	204	Cydonia	35
Betonica	110	Cymbidium	100
Betula	58	Cynoglossum	100
Bidens	180	Cyperus	36
Bietia	29	Cypridium	37
Boehmeria	59	Daphne	68
Brachystemma	216	Datisca	203
Buchnera	90	Davallia	9
Buddleja	92	Delphinium	195
Bupleurum	182	Dendrobium	23
Burmannia	44	Dicksonia	11
Butomus	22	Diclytra	198
Buxus	63	Didymocarpus	122
Cacalia	179	Diospyros	143
Caladium	21	Diplazium	12
Caltha	195	Diplomeris	26
Calystegia	97	Dipsacus	160
Camellia	224	Disporum	50
Campanula	155	Dobinea	240
Caprifolium	140	Dolichos	240
Capsella	201	Drosera	212
Cardamine	46	Duchesnea	238
Carduus	167	Ehretia	102
		Eizægnus	67

	Page		Page
Eleocharis	41	Isolepis	39
Elephantopus	169	Jasminum	105
Embelia	147	Juncus	43
Epidendrum	27	Juniperus	55
Epilobium	222	Justicia	118
Epipactis	28	Kœnigia	74
Equisetum	19	Lactuca	164
Erigeron	171	Lamium	111
Erysimum	202	Laurus	64
Ethúlia	182	Leontodon	163
Eupatorium	170	Lepidagathis	118
Euphorbia	61	Leptostegia	14
Euphrasia	95	Leucomeris	169
Euonymus	191	Liatris	46.
Exacum	128	Ligusticum	185
Ficus	61	Ligustrum	107
Fimbristylis	41	Lilium	52
Flemingia	242	Limodorum	30
Fraxinus	106	Limonia	224
Fritillaria	51	Lindernia	85
Galium	133	Linum	217
Gardenia	138	Listera	28
Gardneria	132	Lobelia	157
Gastrochilus	32	Lomaria	14
Gaultheria	150	Loranthus	143
Gentiana	125	Lycopodium	17
Geodorum	31	Lysimachia	83
Geophila	136	Lysionotus	124
Geranium	207	Mæsa	143
Gleichenia	17	Malaxis	29
Gloriosa	51	Manna	246
Glosocomia	158	Marrubium	112
Gmelina	104	Marsilia	19
Gnaphalium	172	Mazus	86
Goodyera	27	Melanthium	53
Gordonia	225	Melastoma	220
Grammitis	14	Mentha	113
Gratiola	85	Mespilus	238
Grewia	227	Meyera	180
Gypsophila	213	Michelia	226
Habenaria	24	Mitrasacine	128
Hamiltonia	137	Monotropa	151
Hedera	186	Morina	161
Hedyotis	134	Mussaenda	139
Hedysarum	243	Myosotis	100
Helichyrsium	175	Myrica	56
Heliotropium	101	Myrsine	146
Heimerocallis	53	Nasturtium	202
Hemionitis	13	Neillia	228
Heracleum	185	Neottia	26
Hieracium	165	Nephrodium	5
Hippophæ	68	Nerium	131
Hovenia	189	Neuronia	6
Houttynia	21	Notelæa	107
Hoya	130	Ochna	224
Hydrangea	211	Octomeria	31
Hydrocotyle	182	Onosma	99
Hymenophyllum	11	Ophiopogon	47
Hypericum	217	Ophiorhiza	135
Hypoxis	53	Orchis	23
Hyssopus	110	Origanum	113
Ilex	188	Osbeckia	221
Impatiens	203	Paliurus	189
Indigofera	244	Papaver	197
Ipomœa	98	Paris	49
Iris	54	Parochetus	249

	Page		Page
Passiflora	63	Scorzorera	162
Patrinia	159	Scutellaria	169
Pedicularis	94	Sedum	212
Peperomia	20	Selinum	185
Peraneina	12	Senecio	178
Perilla	114	Serratula	168
Phyllanthus	63	Silene	216
Physalis	97	Simaba	248
Pimpinella	184	Sison	184
Pilus	54	Smilax	49
Piper	20	Solanum	90
Plantago	77	Solidago	177
Plectranthes	115	Sonchus	163
Pleione	36	Sonerila	134
Pleopeltis	3	Sopubia	86
Pleurothallis	33	Spermacoe	134
Podocarpus	55	Spiræa	227
Polygala	199	Stelis	32
Polygonum	69	Stellaria	215
Polypodium	1	Stemodia	89
Porana	98	Stenarrhena	111
Potamogetou	21	Streptopus	48
Potentilla	220	Symplocos	144
Pothos	21	Swertia	127
Primula	77	Tabernæmontana	130
Procris	60	Tanacetum	181
Prunella	109	Tetranthera	65
Prunus	239	Ternstræmia	225
Psychotria	137	Teucrium	108
Pteris	15	Thalictrum	192
Ptilocnema	33	Thea	224
Pyrus	236	Thermopsis	239
Quercus	56	Thunbergia	120
Randia	138	Thymus	112
Ranunculus	194	Tiarella	210
Rhannus	190	Torenia	86
Rheum	75	Tragopogon	162
Rhinanthus	94	Trichomanes	11
Rhodiola	213	Trichosporum	124
Rhododendrum	152	Triumfetta	227
Rhus	248	Trollius	195
Ribes	208	Urtica	59
Rondeletia	138	Utricularia	84
Rosa	235	Valeriana	150
Rubia	133	Vandellia	86
Rubus	233	Verbena	104
Ruellia	119	Veronica	92
Rumex	74	Viburnum	141
Ruta	206	Viola	205
Sagittaria	22	Viscum	142
Saxx	58	Vitis	188
Salomonina	200	Vittaria	15
Sanicula	183	Wahlenbergia	156
Satyrinum	26	Woodwardia	12
Saxifraga	209	Wulfenia	92
Schæffia	145	Xylosteum	140
Scirpus	40	Zizyphus	186
Scolopendrium	9		

INDEX GENERUM SYSTEMATICUS.

	Page		Page
DIANDRIA MONOGYNIA.		Veronica	92
Jasminum	105	Wulfenia	16.
Ligustrum	107	Justicia	118
Notelæa	16.	Gratiola	85

	Page		Page
Utricularia	84	Caprifolium	140
Cunila	107	Xylosteum	ib.
Morina	161	Loranthus	142
Chirita	89	Physalis	97
Didymocarpus	122	Solanum	96
Lysionotus	124	Mæsa	148
DIANDRIA TRIGYNIA.		Embelia	147
Piper	20	Ardisia	148
Peperomia	20	Schoepfia	145
TRIANDRIA MONOGYNIA.		Rhamnus	190
Sonerila	154	Zizyphus	180
Valeriana	159	Celastrus	190
Iris	54	Euonymus	191
Commelina	44	Hovenia	189
Aneilema	45	Ribes	208
Cyanotis	ib.	Hedera	166
Cyperus	36	Vitis	188
Isolepis	39	Impatiens	203
Scirpus	40	Viola	205
Eleocharis	41	Celosia	76
TRIANDRIA TRIGYNIA.		Alternanthera	76
Kœnigia	74	Tabernaemontana	130
TETRANDRIA MONOGYNIA.		Alstonia	181
Patrinia	159	Nerium	ib.
Dipsacus	160	PENTANDRIA DIGYNIA.	
Spermacoce	134	Hoya	130
Hedyotis	ib.	Chenopodium	75
Cuncea	135	Brachystemma	216
Galium	133	Swertia	127
Rubia	ib.	Gentiana	125
Buddleja	92	Mitrasacme	128
Exacum	128	Cuscuta	99
Mitrasacme	ib.	Hydrocotyle	182
Plantago	77	Sanicula	183
Cornus	140	Bupleurum	182
Gardneria	132	Caucalis	183
Ammania	220	Selinum	185
Pothos	21	Athamanta	184
Elæagnus	67	Heracleum	185
TETRANDRIA TETRAGYNIA.		Ligusticum	ib.
Ilex	188	Sison	184
Potamogeton	21	Pimpinella	ib.
PENTANDRIA MONOGYNIA.		PENTANDRIA TRIGYNIA.	
Heliotropium	101	Rhus	248
Myosotis	100	Viburnum	141
Cynoglossum	100	Paliurus	189
Onosma	99	Cladostachys	76
Ehretia	102	PENTANDRIA PENTAGYNIA.	
Androsace	81	Linum	217
Primula	77	Drosera	212
Lysimachia	83	Simaba	248
Porana	98	HEXANDRIA MONOGYNIA.	
Iponœa	ib.	Hemerocallis	53
Calystegia	97	Fritillaria	51
Cuscuta	99	Lilium	52
Campanula	155	Gloriosa	81
Whalenbergia	156	Disporum	50
Lobelia	157	Streptopus	48
Glosocomia	158	Compsa	50
Mussaenda	189	Allium	53
Gardenia	138	Asparagus	49
Randia	ib.	Hypoxis	53
Rondeletia	ib.	Convallaria	46
Hamiltonia	137	Ophiopogon	47
Psychotria	ib.	Acorus	90
Geophila	136	Juncus	48

	Page		Page
Burmanna	44	POLYANDRIA MONOGYNIA.	
Berberis	204	Papaver	197
HEXANDRIA TRIGYNIA.		Grewia	227
Rumex	74	Synploecos	144
Melanthium	53	Ochna	224
Alisna	22	POLYANDRIA TRIGYNIA.	
OCTANDRIA MONOGYNIA.		Delphinium	195
Arthrostemma	222	Aconitum	196
Osbeckia	221	POLYANDRIA PENTAGYNIA.	
Epilobium	222	Ternstrœmia	225
Combretum	219	POLYANDRIA POLYGYNIA.	
Daphne	68	Colbertia	226
OCTANDRIA TRIGYNIA.		Michelia	<i>ib.</i>
Polygonum	69	Clematis	191
Coccoloba	74	Thalictrum	192
OCTANDRIA TETRAGYNIA.		Anemone	193
Paris	49	Ranunculus	194
ENNEANDRIA MONOGYNIA.		Trollius	195
Laurus	61	Caltha	<i>ib.</i>
Cinnamomum	66	DIDYNAMIA GYMNOSPERMIA.	
ENNEANDRIA TRIGYNIA.		Ajuga	108
Rheum	75	Teucrium	<i>ib.</i>
ENNEANDRIA HEXAGYNIA.		Hyssopus	110
Butomus	22	Mentha	113
DECANDRIA MONOGYNIA.		Perilla	114
Thermopsis	239	Thymus	112
Cassia	247	Origanum	113
Ruta	206	Plectranthes	115
Limonia	224	Lamium	111
Melastoma	220	Betonica	110
Monotropa	151	Ballota	111
Andromeda	148	Marrubium	112
Gaultheria	150	Stenarrhena	111
Rhododendrum	152	Prunella	109
DECANDRIA DIGYNIA.		Scutellaria	<i>ib.</i>
Hydrangea	211	DIDYNAMIA ANGIOSPERMIA.	
Chrysosplenium	210	Verbena	104
Saxifraga	209	Colebrookia	<i>ib.</i>
Tiarella	210	Clerodendrum	102
Astilbe	210	Gmelina	104
Gypsophila	213	Thunbergia	120
DECANDRIA TRIGYNIA.		Lepidigathis	110
Silene	216	Barleria	<i>ib.</i>
Stellaria	215	Ruellia	<i>ib.</i>
Arenaria	<i>ib.</i>	Stemodia	89
Cherleria	214	Torenia	86
DECANDRIA PENTAGYNIA.		Mazus	<i>ib.</i>
Sedum	212	Vandellia	<i>ib.</i>
Cerastium	216	Lindernia	85
DODECANDRIA MONOGYNIA.		Cybbanthera	87
Triumfetta	227	Centranthera	<i>ib.</i>
Bassia	146	Sopubia	68
DODECANDRIA DIGYNIA.		Pedicularis	94
Agrinonia	229	Rhinanthus	<i>ib.</i>
ICOSANDRIA MONOGYNIA.		Euphrasia	95
Prunus	239	Buchnera	90
Neillia	228	Trichosporum	124
ICOSANDRIA PENTAGYNIA.		TETRADYNAMIA SILICULOSA.	
Mespilus	238	Capsella	201
Pyrus	236	TETRADYNAMIA SILIQUOSA.	
Cydonia	237	Cardamine	201
Spiræa	227	Nasturtium	202
ANDRIA POLYGYNIA.		Erysimum	<i>ib.</i>
Rosa	235	MONADELPHIA PENTANDRIA.	
Rubus	233	Passiflora	63
Duchesnea	233	MONADELPHIA DECANDRIA.	
Potentilla	229	Geranium	207

	Page		Page
MONADELPHIA POLYANDRIA.		Goodyera	27
Gordonia	225	Listera	28
Camellia	224	Epipactis	ib.
Thea	ib.	Acianthus	ib.
DIADELPHIA TETRANDRIA.		Bletia	29
Salomonia	200	Malaxis	ib.
DIADELPHIA HEXANDRIA.		Limodorum	30
Corydalis	198	Geodorum	31
Diclytra	ib.	Ærides	ib.
DIADELPHIA OCTANDRIA.		Octomeria	ib.
Polygala	199	Stelis	32
DIADELPHIA DECANDRIA.		Gastrochilus	ib.
Aspalathus	246	Pleurothallis	33
Crotalaria	241	Ptilocnema	ib.
Dolichos	240	Dendrobium	ib.
Parochetus	ib.	Cymbidium	35
Hedysarum	243	Pleione	36
Manna	246	Epidendrum	37
Flemingia	242	GYNANDRIA DIANDRIA.	
Indigofera	244	Cypripedium	37
Astragalus	245	MONŒCIA MONANDRIA.	
POLYANDRIA POLYANDRIA.		Chara	19
Hypericum	217	MONŒCIA TRIANDRIA.	
SYNGENESIA ŒQUALIS.		Carex	42
Tragopogon	162	MONŒCIA TETRANDRIA.	
Scorzonera	ib.	Alnus	58
Sonchus	163	Buxus	63
Lactuca	164	Urtica	59
Leontodon	163	Bœhmeria	ib.
Hieracium	165	Procris	60
Crepis	164	MONŒCIA PENTANDRIA.	
Chaptalia	165	Amaranthus	75
Serratula	168	MONŒCIA POLYANDRIA.	
Liatris	169	Sagittaria	22
Cnicus	166	Begonia	223
Carduus	167	Euphorbia	61
Leucomeris	109	Quercus	56
Acilepis	ib.	Betula	58
Eupatorium	170	Caladium	21
Ethulia	182	MONŒCIA MONADELPHIA.	
Adenostemma	181	Pinus	54
Cacalia	179	Cupressus	55
SYNGENESIA SUPERFLUA.		Podocarpus	ib.
Tanacetum	181	Phyllanthus	63
Artemisia	ib.	Dobinea	249
Antennaria	174	DICECIA DIANDRIA.	
Gnaphalium	172	Salix	58
Helichrysum	175	DICECIA TETRANDRIA.	
Conyza	176	Myrica	56
Erigeron	171	Hippophæ	68
Aster	177	Viscum	142
Solidago	ib.	DICECIA HEXANDRIA.	
Senecio	178	Smitax	49
Meyera	180	DICECIA OCTANDRIA.	
SYNGENESIA FRUSTRANA.		Rhodiola	213
Centaurea	167	DICECIA DUDECANDRIA.	
Bidens	180	Datisca	203
SYNGENESIA SEGREGATA.		Tetranthera	65
Elephantopus	169	DICECIA MONADELPHIA.	
GYNANDRIA MONANDRIA.		Juniperus	55
Orchis	23	POLYGAMIA MONŒCIA.	
Habenaria	24	Acer	240
Satyrium	26	Acacia	247
Diplomeris	ib.	POLYGAMIA DICECIA.	
Neotria	ib.	Fraxinus	106

	Page		Page
Diospyros	143	Scolopendrium	9
Myrsine	146	Davallia	ib.
Ficus	61	Dicksonia	11
CRYPTOGAMIA GONOPTERIDES.		Trichomanes	ib.
Equisetum	19	Hymenophyllum	ib.
CRYPTOGAMIA STACHYOPTERIDES.		Peranema	12
Lycopodium	17	Woodwardia	ib.
CRYPTOGAMIA POROPTERIDES.		Diplazium	ib.
Gleichenia	17	Hemionitis	13
CRYPTOGAMIA FILICES.		Grammitis	14
Polypodium	1	Lomaria	ib.
Pleopeltis	3	Leptostegia	ib.
Aspidium	ib.	Vittaria	15
Nephrodium	5	Pteris	ib.
Neurouia	6	Cheilanthes	16
Asplenium	7	Adiantum	ib.
		CRYPTOGAMIA HYDROPTERIDES.	
		Marsilia	19

ADDENDA ET CORRIGENDA.

42. pro 3. *C. flexilis* lege 3. *C. lenta*.
46. lin. 10. pro *petalis azureis* lege ad *petala azurea*.
54. *Iris nepalensis*, Lindl. in Bot. Reg. t. 818. planta europæa est vix ab *I. germanicâ* diversa.
67. lin. 3. pro *Cinnamomo referenda* lege ad *Cinnamomum referenda*.
93. lin. ultim. pro *Scrophularinis* lege ad *Scrophularinas*.
98. *Porana racemosa* habet stylum simplicem (monente primò amiciss. D. Sweet.)
99. pro *Cuscuta nepalensis* lege *C. verrucosa*, Sweet Flow. Gard. t. 6.
108. pro TEUCTRIUM lege TEUCRIUM.
111. lin. 21. pro *antheris* lege ad *antherarum angustiam*.
133. pro *Gallium* lege *Gallum* per totam paginam.
137. lin. 19. pro *auris* lege *auribus*.
146. post BASSIA lege Linn. Mant. Alter. 555.
162. lin. 7. pro *huc* lege *hûc*.
165. lin. 8. pro *huc* lege *hûc*.
180. ante HELIANTHÆ, adde Fam. IV. et post Cass.
181. ante ANTHEMIDÆ adde Kam. V. et post Cass.
205. post Mahoniam nepalensem lege Deless. Icon. Sel. 2. t. 4.
209. prope finem pro ad vivum lege ad vivam.
210. In caractere Astilbis lege Stamina 8—10.
217. lin. 4. pro *S. penduli* lege *S. pendula*.
220. lin. 19. pro *Salicaris* lege ad *Salicarias*.
229. pro 1. *P. nepalensis* lege 1. *P. arbuscula*.
234. pro 6. *R. microphyllus* lege 6. *R. foliolosus*.
- pro 8. *R. pinnatus* lege 8. *R. distans*.

100